


8532
IMPERATOR
REGES,
PRINCIPES,

M P L V M & illa vestrum manus est, quod sustinetis. Quid manus inter homines, nam unum praesce pluribus, lege & iusta ponere; maria, terras, pacem, bella moderari? Divisa mundum videtur hec dignitas: non est profectio, si salutis titer atque ex usu publico adiutorii crescat. sed hocquam arduum ut, cum cito nos docet, tum exempla. Illino si inspicimus; quam mortis ab uno capite tota res publica & universam illum multitudinem, inquietam, discordem, rancorim, leniter redigi sibi comune mundum. Obedientia jugum: Sicut; quam pauci ab omni exercitu, qui, cui laudabiliter hoc impetrant, & defundunt. Nimirum, a-

R.8532

IMPERATOR, RE
REGES, PRINCIPES,

AMPLVM & illustre
vestrū munus est, quod
sustinetis. Quid maius
inter homines, quām
unum præesse pluribus, leges &
jussa ponere; maria, terras, pacem,
bella moderari? Divinitas quæ-
dam videtur hæc dignitas: & est
profectò, si salutē riter atque ex
usu publico administretur. Sed
hoc quām arduum sit, cùm ratio
nos docet, tum exempla. Illam si
inspicimus; quāt̄ molis ab
uno capite tot̄ ep̄ita coegeri, &
universam illam multitudinem,
inquietam, discordem, turbam,
leniter redigi sub cōmune quod-
dam Obedientiæ jugum? Si hæc;
quām pauci ab omni ævo reper-
ti, qui laudabiliter hoc impere
fuerū & defuerū? Nimirū ma-



ius quiddam est quām imperiti suspicentur, cursum rectum in undoso illo mari tenere, & in summā Fortunā non abripi licentiae ventis. Quām multis virtutibus opus est, quibus velut anchoris hæc navis firmetur? quām variā Prudentiā, quo velut clavo gubernetur? Ut verissimè dixerim, difficile esse homini in hominem imperium: nec unius mente unquam dirigendum. Ideò meritò laudandi Sapientes, quibus olim & nunc hæc cura, ut salutarium monitorum face prælucerent imperanti. Quā enim in re meliùs mereantur de genere humano? In moribus aut scientijs aliquid præcepisse, laudem & usum habet: & non magis in regno & administratione civili? cùm illīc unum aliquem civem meliorem doctio-rémve facias; hīc, in uno omnes. Nam ita profectò est: arcta quādam catenā devincti sumus, qui imperamur, cum imperante! & ut in

in corpore mens sana aut insana esse non potest, nisi ut patiter vi-geant aut langueant ejus functio-nes: non item in hac societate, Princeps, Ad virtutem ille præit? sequimur. ad vitia? inclinamus. Benè beateque agit? floremus. im-prosperè? labimur aut ruimus cū illo. Arque ut à sole in subjecto hoc orbe lux aut tenebrae: sic à Principe apud subditos prava ple-raque aut recta. Cæsar ille non animosè magis quām verè dixit:

--- Procerum motus hec cuncta Lu-can. 7.

sequuntur.

Humanum paucis vivit genus.

Ergo eximia hæc ratio de repub-licā benè merendi, de Principe benè mereri: id est, ducere eum & dirigere ad metam illam Publici boni. Nam hic ne erretis ô Prin-cipes, vester finis. Præstis homi-nibus, sed hominum caussâ: nec domini modò & arbitrii rerum, sed tutores & administrî estis. Mali improbiique illi, qui in im-

A 3 perio

perio non nisi imperium cogitauit; superbi, desides; & qui se non civibus datos arbitrantur, sed sibi cives. Nam sicut sidera illa splendorem habent, sed ut usibus mortalium deserviant: sic vos dignitatem, sed cum munere officioque devinctam. Collata est insioum vestrum à Deo hominibusque Respublica: sed nempe insinum, & ut foveatur. O verè justum & legitimum illum Principem, qui in summo fastigio, non magnus magis quām bonus audire desiderat: & duas res diversissimas, Potentiam ac Medicinam, miscet! Quem prodeunt, certatim velut beneficium & salutare quoddam numen aspiciunt: inter amorem timoremque medij: & alternis iudiciis ambigentes, Dominum salutent an Patrem. Hæc illa sunt, Principes, præclara, tutæ: ad quæ veteres & ego vos vocamus. audite. nec ideo consilia nostra aspernemini,

quia

quia estis supra iussa. Nam ut illo in Principatu beatissimum est, non cogi: ita miserrimum, non suaderi. Sunt apud vos fateor, qui consilii sui copiam assidue faciant: sed utinam consiliis fidei semper & recti! Alphonsus olim, eximius ille regum, interrogatus, Qui essent optimi consilia? Mortui, respondit. libros scilicet & hæc talia monimenta intelligens, qui nihil blandientes, nihil celantes, puram meramque propinanit veritatem. Ea ut sensibus vestris insideat; & quæ optima sunt aut per me cognoscatis;

8
DE
C O N S I L I O
E T F O R M A
N O S T R I O P E R I S.

Sapient.
esp. vi.
*Si delebamini sedibus & sceptris o reges
populi, diligite Sapientiam, ut in
perpetuum regnetis.*

Seneca.
Epist.
xxxvii.
*Si vis tibi omnia subiicere, te subiice Rati-
onem. Multos reges, si Ratio te re-
xerit, ab illâ disces, quid & quem
admodum aggredi debeas.*

Plutar.
Eaton.
Maior.
*Της πολιτικής ἀρθρωτος εργατης οὐδὲ
πλειοτέρεγεν. Virtute Politicā pre-
fantiorem nullam homo asequitur.*

Q VISQVIS es Lector, paul-
lum in vestibulo hec siste.
Non diu te morabor, nec
ambitiosè addam muneri meo
pompam : saltē Consilium insti-
tuti operis nosce, & ejus Formam.
Quod nunc tibi damus, P O L I-
T I C A esse vides: in quibus hoc
nobis Consilium, ut quemadmo-
dum in Constantiâ civis formavi-
mus ad patientium & parendum;
ita hic eos qui imperant, ad regen-
dum. Quod fecisse ante me alios
nunt avnuo. Et tamen fecisse in
primis illos veteres: inter quos Plato
praezellunt & Aristoteles: sed hic
magis,

Quo minor est, quisquis ma-
ximus est hominum.
Sed hi tamen de Repub. universâ
&

Finis hu-
ius scri-
pti.

Prisei
quoque

in hac

materia.

Sed non
tâ presid.

¶ communiter scripsérunt : ego
velut partem aliquam magni hu-
ius agri colendam mihi sumsi,
P R I N C I P A T V M . Quodipsum
etē inter veteres suavissimas scri-
ptorum Xenophon fecit : tamen pa-
rurus profectō, si verum amas, di-

Nee tam stinctē aut plenē. & addo, quod in
nobis
apēt.
priscis aut barbaris illis ritibus,
haud usquequaque convenienter
ad hoc evum. Nam qui nuper aut
herē id tentarunt, non me tenent
aut terrent. in quos, si verē lo-
quendum est, Cleobuli illud vetus

Lāert. in conveniat: Α' μαρία τὰ τάλιον μέ-
Cleob.

Machi-
velli-
argutus.
¶ & Θ. λόγως τε τάλιθος. Inscitia
in plerisque, & sermonum
multitudo. Nisi quod unius ta-
men Machiavelli ingenium

utinam Principem suum re-
cta duxisset ad templam illud Vir-
tutis & Honoris ! sed nimis sape
deflexit, & dum commodi illas se-
mitas intentē sequitur, aberravit
à regia hac via. Cum venia igi-
tur

Sed sepe
pratus.

Forma-
nova re-
stri ope-
ris.

Concina-
nata ab
aliis.

Maximē
ab Histo-
ricis.

Vsum hoc
habet.

Et fidem.

tur nos quoque hec scribimus: pre-
sertim alio quodam & novo pla-
nē modo. Nam inopinatum quod-
dam stili genus instituimus: in quo
verē possim dicere, omnia no-
stra esse, & nihil. Cū enīm in-
ventio tota & ordo à nobis sunt,
verba tamen & sententias varie
conquisivimus à scriptoribus pri-
scis, idque maxime ab Historicis:
hoc est, ut ego censeo, à fonte ipso
Prudentia Civilis. Nec huc ambitio
nos aut novitatis ventus impulit
(ingenuè id testor:) sed tuus fru-
ctus. Quid utilius potū, quam
tot Sententias in unum conduce-
re; pulchras, acres, & ita me salus
amet, ad salutem natas generis
humani? Nam quod ego eadem
dicerem: ecquando mihi eadem
vis aut fides? Ut in uno aliquo te-
lo aut gladio multum interest, à
quā manu veniat: sic in senten-
tiā, ut penetret, valde facit robu-
sta alicuius & recepte autorita-
tis pondus. Atqui ea veteribus
adest.

Centos quendam fecimus.
Sueton.
Calig.

adest. Nec uero nudas aut sparsas sententias dedimus; ne diffuerent, & esset, quod dicitur, Arena sine calce: sed eas aut inter se haud indecenter uinximus, aut interdum velut camento quodam commisimus nostrorum verborum. Ad summam, ut Phrygiones è varijs coloris filo unum aliquod aulaum formant: sic nos è mille aliquot partculis uniforme hoc & cohærens corpus. Quod ipsum figuris etiam & vario sermonis ductu ornare ausus sum: ut non colorem solum haberet, sed quasi spiritum & vitam. Hoc totum quam arduum, in arduâ istâ materie, mihi fuerit, frustrâ dixerim apud non expertum. Si quis volet, pertamentum & jocum paucâ aliquot Capita concinnet in Populi aut Optimatum statutu: nam eos non libavi. id & pôd @, id & wñðpia Ecce Rhodus, ecce saltus. Atque eo major mihi molestia, quod per hac aliena vestigia sic iherim, tanquam in liberrimo ingenij

Figuras
verbôrum
sententia-
rumque
miscul-
mus.

Scripti
luius
moles &
molestia.

ingenij cursu. Definivi, divisi, ex- politica nos in arte rem degimus. cepi: & nihil omisi, quod faceret ad formam faciemque perfecta artis. Rationes imò di forum etiam adäidi: non ignarus, plerosque hominum, ut Catonem illum, affici. qui jam tumpuer ita praeceptoris suo credebat, ut tamen identidem posceret & caussam. Atque hac omnina, pro rerum quidem magnitudine, breviter præstili. Nec enim ad disputationes aut amoenitates me diffudi; sed pressis habenis currum hunc, ut sic dicam, continua intra orbitas Vsus & Actionis. Ea mihi in oculis. ideoque nec ad tenuum rerum monitiunculas abij, contentus Communia quadam præcepta dedisse, & velut decreta. Nam legem brevem esse oportet, ait Romanus noster Sapiens, quæ jubeat, non disputet. atque hoc servavi. Quid autem opus aliter? Vt is qui jaculari alium docet, satius habet manum oculosque ejus dirigere ad certos quosdam scopos: ille deinde

Brevitati studiu-
mus.

Et usui,
nō poma-
px.

Communia
nostra do-
gmata.

Senec. in
Epist.
x iv.

**Trahenda
ad ressu-
gulas.** deinde arte cā uitur in quocumque
loco aut intervallo : sic animus , qui
semel principia ista firmiter hause-
rit , facile ad alia transferet , nec mo-
nitorem in singulis requiret . Semen
quamvis exiguum in bono solo spar-
sum facile comprehendit & se ex-
pli cat . breve item monitum in bona
mente . Hac forma nostri operis . que
ut aspecta statim placeat , haud vo-
ne o : magis , ut inspecta . Πλάτων
τὰ πυλὰ ὡν θεοὺς συγέρφει , τοῖς
ἀδευκοῖς κάποιοι εἴησθε , οἱ τοῦ
δέχεται φύμασσον τοῖς , φύδιας
καρπάίνοντες . Plato pleraque scri-
ptorum cum Adonijs hortis
comparabat , qui subito & die
uno nati , celestrem pereant :

Ne mihi spero haud id eveniet huic nostro .
hoc esto . quod laboriosè satum , vires magis
a tempore capiet , & poëta verbis ,

Horat. Crescit occulto , velut arbor , ævo .
i. Carw. Sed jam addo

MONITA

quedam , sive

CAUTIONES .

NA M futurum ut in varia iu-
dicia sive voces hic labor no-
ster incurrat , valde temporu-
& morum ignarus sim , nisi
sciam . Omnes hodie in Politicā ista Curiosi-
te aliquid sapient aut vident : atque hodie in
etiam ii , qui nihil vident . Occurren- alienū
dum igitur breviter his talibus est , scriptū ,
siquid querant aut carpent : & tu si - aut car-
mul , Lector , instruendus , ut magis ex ptores .
tuo meoque usu me legas . Ac pri-
mum , nisi fallor , Calumniæ telum
erit in Obscuritatem huius scripti . Obscuri-
Tenebrosum est , inquiet , nec omnia tas mibi
in eo liquent . Credo . sed quæ mea obici-
hic culpa ? scriptorum illa est , à qui- tur .
bus hausi : quorum , nescio quomo-
do , ut quisque prudentissimus , ita
astrictissimus est & pauci sermonis .
Ego quid facerem ? ponere illa talia ,
lex mei operis iussit ; mutare aut ad - **Qua fa-**
dere , religio non permisit . Tamen **ciant ei**
huic rei subsidia hæc cape . **pellēda .**

1. Ut sœpius legas . Nam quod gla- Repeti-
diato-

diatoribus imperati solet , utiliter
ego h̄ic tibi , *Repete.*

*Discere.
tit.*

i i. Ut discrimina verborum , quæ
mea , quæ aliena sint , (nam littera-
rum figurā disparavimus) seriō obser-
ves . Ad fidē cūjusq; Sententiæ hoc
faciet , tum etiam ad intellectum .

*Distingui.
do.*

iiii. Ut distinctiones multo magis:
id est , in fine cuiusque clausulae col-
posita , semicolon , puncta , aut bipuncta .
Nam pro his , sententia tibi tota ter-
minanda est scilicet , aut sustentan-
da: videbisque universam orationem
per membra sua & periodos curiosè
à nobis sic discretam . Nec enim finis
semper sententiæ in fine clausulae:
sed pender ea s̄pē ac hæret .

Notula.

i v. Ut Notulas ubique adeas , quæ
ad oram . Quas nec i inter se reperies;
& , magno tuo commodo , semper in
iis Breviculum materiæ totius . imò
& astringi s̄pē ab iis aliquid aut
explicati . Quæso , observa , atque et-
iam hoc ; ut Capitum summas præ-
fixas non neglegas , eidem huic fi-
ni .

*Modestia bene-
stabilitatis.* v. Denique , ut nequid in legendo
asperum te præbeas aut morosum .
Hoc aut illud non capis : ne damna-
gnitas . Aut

aut abiice . sed quod olim Socrates ,
cūm obscurum Heracleti librum le-
gisset , tu dico : A^o οὐσιῶν , οὐ-
ταῦρον οὐμεῖται , οὐδὲ πανταῖς . *Quæ*
intellexi , proba sunt ; credo , & quæ non
intellexi .

Calumnia altera futura videtur , *Fides no-*
aut potius iam fuit , in meam Fidem . stra su-
Non recte , inquiunt ; nec ex scripto - gillatur .
rum mente quedam citas . Quām ti- Sed ab
si , cūm hoc audivi ! Nam revera cul- ignaris
pant insciti homines , quod elegātior huius
aliquis mihi det in laudem . Qui ali- scriptio-
ter potui , aut debui , in hoc scripto ? nū .
Nōnne enim Centonem quandam
concinno (tale omnino nostrū opus)
in quo liberi semper & laudati à
sententiā ista flexus ? Consulant poë- Centoniū
tas , qui olim & nunc sic luserunt . Id
unum modò spectādum est , nequid
in sententiam improbam aut falsam
flectatur , quod neque isti dicunt , nec
verè unquam in me dicetur . Etsi pro-
fectō levicula hæc tota calumnia ,
imò vana . Nam nos amoenitatis isto
genere , in re scilicet seriatim , nimirum quām
raro usum sumus : & , de industria , lo-
cum ei non dedimus , nisi fortè in
connexionibus , aut ad utilem ali-
quam sententiam explendam . Nam Et qua-
tunc , cūm nihil ab aliis directe sic tenus .
dictum p̄tr manu : quidni leviter
B ali-

Nos vix
usurpa-
mus .

aliquid nec indecorè torquerent? Lincuit semper in hoc genere, & licebit. Nam illud omnino non excuso, quod Auctorum verba non rigidè semper, & ut ab iis posita, repono: sed in Casu aut Tempore, pro rationis meæ conformatione, pauxillum inflecto. Constat aliter non potuit hic textus.

In re-
carpi-
mur.

Apud
Plutar. in
Solone.

Nostra Hunc adhuc incertæ quid opponam?
bic roga- preces. Tria hæc rogo, quicunque me
tio. leget.

Ne lin- 1. Ut nemo temerè me arbitretur
gue aut judicet, nisi sermonis Latii benè
ignari peritus. Nam qui leviter tantum,
judicet: (jam antè denuncio) potissimum
non capiet scripti huius partem.

Ne verū
civilium
iguanis: 11. Ut nemo, nisi qui rerum etiam
peritus. Non tu aliquis è plebe: non
tu etiam liberalior mea iuventus.
Nam etiū capere hæc potestis, non
potestis judicare.

III. Vt

11. Ut etiam qui utriusque perficiunt, cunctanter tamen pronunciet & lentè. Hoc aut illud offendit? sustine paullisper nigrum calculum, & ad Notas meas diverte. Nam eas duplīci hoc fine ad finem adieci: ut & ambigua quædam definitem, & obscuriora illustrarem. Quod si ne ibi quidem tibi satisfacitur: tamen ut in ludo pilæ, alterius est commodè mittere, alterius etiam, siquid erratum est, quam bellissimè excipere & arte corrigere: sic æqui Lectoris putabis, slectere quædam in benigniorem partem.

*Notas
adeunt.*

*Comodè
ipse in-
terpre-
tator.*

Iam quarta & ultima Calumnia, Suspensione in Rem dirigitur, sed in Opinionem. imo & est ab Opinione. cum homines scilicet malè acuti & callidi, sensisse aut scripsisse me volent, qua per somnium non sensi, non scripsi. Periculosem, ita me deus Malum amet, genus: sed nimis per hæc dissidiens dia civilia crebrum. Referunt plera facili. que omnia ad unum hoc ævum: & quæ nos communiter diximus, sic volunt accipi quasi in Titium aut Seium dicta, Imò vates etiam agunt, non lectores: nec sumunt à nobis sensum, sed adferunt, & mentem aliquam adstringunt ex sua mente. O aegues, ô viperæ! Fugio vos, fugio: & mur.

B 2 tamen

ORDO ET INDEX

L I B R O R V M
S I N G I L L A T I M , E T
C A P I T V M .

LIBER PRIMVS

D I C E N D A p r e p o n i t . D u c e s d u o s s i v e d i r e c t o r e s d a t a d V i t a m c i v i l e m , V i r t u t e m c u m P r u d e n t i a . U t r i u s q u e n a t u r a m , & q u a a d n e x a , e x p l i c a t : & u n i v e r s o o p e r i s u b s t e r n i t f u n d a m e n t a . S e r i e m C a p i t u m h a n c h a b e t .

I. SCOPVS & materies
mei scripti. Vita civilis de-
finita. Virtus communitate
laudata. I I. Pietas Virtutis
prima pars, definita ea,
& divisa in Sensum ac Cul-
tum. Hic de Sensu dictum.
I I I. De altero Pietatis
Membro, Cultu. Is defin-
itus, & duplex fatus. Plu-
ria ad Religionem monita.
IV. Fatum, appendix Pie-
tatis. Quid illud, & a quo
sit? quam vim habeat, &
queni usum? V. Etiam
Conscientia, Pietatis faci-
nia. Definio eam, divido,
tormentum eius, si mala,
ostendo: quietem, si pura.
VI. Alterum Virtutis men-
brum, Probitas. Quid eam
hic appellem? Brevia &
universalia ad hanc præcep-
ta. VII. Ad prudentiam
transitum, qui Redorum
alter. Necesitas eius ostendit.
Definitio posita, & ex-
posita. Partes eius, & utilitas.
I X. Quid dignat Pruden-
tiam? Vium esse, & Me-
moriā. Quid ea utraque?
Vis & firmitudo illius
prælata: sed raritas & diffi-
culty item ostensa. I X. Me-
moria rerum, sive Historie
fructus. Facilem hanc, ad
Prudentiam, viam: etiam
ad Probitatem. X. Appen-
dix de Doctrina, quæ utri-
que rectori utilis. Quis le-
gitimus usus eius, finis,
modus.

Iuvare
volu-
mus:

E t d e b e-
nus in
hoc mor-
bo.

Senec.
Tread.

tamen vix effugio. nam quid hic re-
medii? nisi forte à votis: quæ ab imo
pectore concipio. Abite à me. Ophio-
genes, abite Pſylli, nati venena tan-
tū exſugere librorum. Vos contrā
ad eſte mites & candidi, qui parati
non impellere lapsantem, ſed beni-
gnā potiū aliquā interpretatione le-
vare. Nam ego me labi & errare, non
poſſe ſolum fateor, ſed debere. Nón-
ne homo ſum? nónne æger ſum? ut
nihil mirum, ſi in tam diutino iſto
languore (per eum hæc ſcripſimus)
memoria etiam & judicium lan-
gueant alibi aut vacillēt. Sed valebit
hoc mihi, ſpero, ad veniam, imo &
ad gratiam. quoniam

U t eſſe Phœbi dulcius lumen ſolēs
Iam iam cadentis:

ſic noſtra debent abeuntium ſcri-
pta.

ORDO

LIBER SECUNDVS

D I S T I N C T E ad rem venit. Imperia par-
titur; Principatum præsert, & definit. Virtutes
ei adtribuit, & seorsim precipuas ponit. Seriem
Capitum hanc habet.

I. D E Imperio universo
hunc, eius necessitas in
Societas ostensa, & fru-
sus. II. Divisio Imperii.
Principatus, prima & opti-
ma eius pars, id variis ar-
gumentis ostensum. III.
Principatus definitio, per
partes declaratio, & pri-
mum, utrius sexus ille sit.
IV. Quomodo capiendus
Principatus? duos legiti-
mos modos esse, Elec-
tionem & Successionem, & de
utraque aliquid dissertum.
V. Initia Principatus pler-
rum que laudabilis: sed id
non sat, Perseverandum
esse. VI. Quis finis, quo
actiones omnes Princeps
dirigat? Bonum publicum
id esse, & leponenda pri-
vata. VII. De via recta quā
Princeps ingrediatur: &
primum de Virtute, ostensum
hanc ei, sua caussa,
necessariam. VIII. Subdi-
ctum etiam caussa Principi
virtutem induendā, & ipsis
instillandam, sine qua pro-
bus aut diuturnus nullus
corus. IX. Subditos probos
sieri maxime à Principi
exemplo, cuius incredibilis
vis in utramvis partem. X.
Distinctius de Virtutibus

Principis dictū, & primum
de Iustitia, quam ea neces-
sarietiam in ipso Princi-
pe. XI. Iustitiam admini-
strandā Subditis esse, aqua-
biliter: temperanter: & si-
ne cumulo legum, remoto
etiam licium studio. XII.
Clementia definita. Prin-
cipi commendata, que
amabilem eum, que hr-
manni, que illustrem facit.
XIII. Clementia uberi-
tatem commendata, sed cum
temperie. Abire eam à Ju-
stitia leniter, nec tamē sol-
vere vim Imperii, sed vin-
cere lento nodo. XIV. De
fide aliundictum, que Iusti-
tiae origo aut suboles. Ea
commendata, ut columen
humani generis. Glorio-
sam hanc Principi esse. vi-
lem. Spreti ab Eururia do-
dores novi. XV. De Mode-
stia praescriptum, que Cle-
mentiae absider. Instillata
Principi, & in Sensu & in
Actione. XVI. Ex occasio-
ne, de Maiestate adnexa la-
cina, quid ea; & qui, &
quatenus paranda? XVII.
Minores aliquot virtutes
positae, que Principi de-
ceant: sed sparsim, & bre-
viter.

LIBER

LIBER TERTIVS

D E Prudentia distincte agit. Alienam primā
Principi commendat: Consiliarios & admi-
nistros serio format. Seriem Capitum banc
habet.

I. PRUDENTIAM
Principi pernecessariam -
sine ea vim & opes inu-
tilia, miscenda esse, sed
primam illam in gubernatione præpollere. I. I.
Sed duplē Pruden-
tiā esse: A se & ab aliis,
illam optari, hanc con-
tingere. Rarum, imo
dūcūtur esse, ut Prin-
ceps à se uno satis sa-
piat. I. I. Itaque adiu-
tores ei capiendum: id
que iudicio. Eos dupli-
ces esse, Consiliarios &
Ministros. Qui, & quam
uiles illi? I. V. Definiti
distinctius Consiliarii, &
prima eorum munera ex-
pliata, Probitas & Peri-
stria rerum, denique ostensi
illi, indice fama. V. Ex-
pliatum tertium munus,
ut salubriter consulant, id
inclusum quinque moni-
torum quasi lineis. V. I.
Que vitanda Consiliarii;
dictum que impediri
possunt, ut bona
prosperitate, & fortuna
sunt. V. II. Que cura-
ta; & vellit. Secunda
Mentis? Pres omnium
iustitiae, & pietatis
admodum, & cetera
Dignitatis, & uirtutis.
Spernitam, & cetera
lia; & ab aliis. Dicitur
dictum de Administris, &
nota triplex, ad quam le-
gi eos oporteat. XI. Ad-
ministris ipsis præcepta
tradita, eorum tuelz. Pri-
mum Minoribus, inde Ma-
joribus. Anticipem om-
inem potentiam esse in
Aula.

LIBER QVARTVS

P. R. V. T. L. A. M. Propriam ingerit, dividit: &
deduplici locata differit, que circa res Divinas
pertinet, & que circa Humanas. Pleraque
empio que firmando aut infirmando Regno
sunt, novi, & adhuc usitata methodo propo-
nit. Seriem Capitum hanc habet.

I. PROPRIAM Pru-
dentiam, id est eam quam
præceptis difficile alliga-
tio-

ri. Late fusam esse, Instabilem, & Obstetam. Itaque aliquid de ea, non plene, à nobis præcipi. I I. Divisa prudentia Propria in Togatam, & Militarem. Illa rursus, in Humanam & Divinam. De hac ostensem, curam Principi esse. Vnam religionem retinendam ei, & defendendam. III.

V. Transfum ad Prudentiam inhumanis. Huie duo Fontes reclusi, Ingenium Populi & Regni. De priore dictum: & per indicem exposita Natura vulgi. VI. Fons alter reclusus, ingenium regum & regni. Duo hic considerata, que Communiter convenient, & que Distincte. VII. Precepta nunc ex hisce fontibus petita, & primum universè posita, que firmat Regnum aut violent: mox distincte de Vi diuum. Opus Regi Custodes, Milites, Arces, aut potius Colonias. IIX. De

Virtute duplice, servatrice Regnorum. Benivolentia populi commendata, & ostensa triplex ad eam via. I X. Auctoritas commendata valde. Tria ostensa, quæ ad eam ducunt, in quibus quia Imperii præcipua vis est, accurate & enucleate de his disserunt. X. Ad ea transitum quæ Vertendo regno faciunt: in quibus prima, Vis est. Ea duplex ostensa: Insidiaz & proditio. Vtraque quomodo cavenda, aut punienda, ostensum, X I. De vito duplice, eversore regaorum. Primum de Odio: cuius pestis subiecta oculis. Fugienda quæ eo ducunt: imo & image eorum, qualis est in Suppliciis, Tribulis, Censura. In his singulis quomodo se gerat Princeps, dictum. XI I. Definitus & vituperatus Contemptus. Ostensa quæ illū dignunt: à rege, si sapient, fugienda. XI I I. Quæsumus an Prudentia mixta locum apud Principem habeat.

LIBER

LIBER QVINTVS

DE Militari Prudentia agit, eam is Bello dupli clucere ostendit: & primum ac potissimum, in Extero. Que Militum, que Ducum munia, que Consulta in bello usui sint, docet. Seriem Capitum hanc habet.

I. TRANSITIO ad Militarem Prudentiam, cum excusatiuncula aliqua mei, quod de ea disserant non miles. II. Prudentia hæc pars, commendata Principi: quæ necessaria ad tutelam salutemque regni. III. Materies & ordo dicendorum. Bellum externum desinitum, & remora ab eo suscipiendo iniustitia. IV. Ordine & partite posita, quæ ad Iustum bellum requiruntur: & maxime, quibus id causis capiendum. V. Temeritas remota à bellorum initiis, & summatis, quæ in susceptione omni cogitanda sint. VI. Ad Gerendum bellum tria requisita. Primo apparatus triplices, Pecunia, Cœmata, Arminia. VII. Milites terribiles quidam bello necessarii, duplices: Equites, peditesque quædam breviter, utrumq[ue] maior usus. IIX. Vtrosque bonos esse debere: aliqui pro nihilo omnis copia. Fieri bonos duplíciter, Dilectu & Disciplina. Ea neglegi hodie: & super hæc iusta veraque quærela. I X. De Dilectu coepit dici, sed primo quæsumus, Exteri ad Domesticos, ci preferendi? nos istos censemus, cum causa. XI. Obiecta & reiecta ea, quæ contra Domesticum militem dicuntur. Hunc Regum esse, illum Tyrannorum. XI I. Qui legendim milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidiarios, atque utrique seroris descripti. XII. Verum cum Dilectu utrique capienda: & Nota quinque ordine posita, germana in milite virtutis. XIII. I. De Disciplina vera & severa dictum. Ea laudata, parties eius (idque docendi causa) quatuor factæ. Singula explicatæ. XIV. Transfum ad Duces. Eos necessarios, non solum utiles. Duplices esse. Semper in iis Peritiam magis quam Virtutem spectari. & unum in uno bello esse debere. X V. Boni Duci transpungere sive notare, quinque eas videbit: quas ordine explicamus. XVI. Consilia necessaria bello esse. Eorum

rum specimen sive guisus; itemque monita, quæ usui Ante pugnam, & In pugna. X V I I . De callidis Consiliis sive Strategematis: An uti iis ius & fas? Nostra sententia, non utilia ea solum, sed glorijs. X I X . Quid post Pugnam faciendum videatur: & in Victoria, sive Clade, quo modo Princeps salubriter & decore se ge-

rat. X I X . Ad Pacem ex animo adhortatio. Ac primum illuc inclinamus eos, qui vieti: sed ad Tum & Bonam. XX . Victores ad Pacem provocati, argu- mento triplici: quia id Decorum, Utile, Tum. atque adeo ad pacem mi tem: sed cum exclusione fraudis. Pro ea auctor ipse pacis invocatus.

LIBER SEXTVS

CIVILE bellum tangit & detestatur. causas eius, & in eis remedia, satù diffuse expli cat. Finiri id siquid est & vovet. Series Capitum hanc habet.

I. AD Civile bellum ventum, & eius miseriz breviter oculis subiecta. I I . De causis Civilium bellorum. Ex facte duplices, Longinquo & Propinquo. Prius de Prioribus dictum. III. De causis Propinquis belli Civilis. Ex tres. Factio prima est: eius pernicies in omni statu. & sinte dissidia unquam usui. IV. Causa altera è Propinquis, Sedicio, eius Origo, Progres-

sus, Remedia, distinæ ex plicata. V. De Tyrannide. quid ea sit? & eius inge nium, mala subiecta oculis: quesitiunque, tollen da ea an toleranda? VI. Questiuncula per occasio nem inserta. An misceat se bellis Civilibus vir bonus? utrimque ea agitata: & cum discriminè aliquo personarum definita. VII. De Finiendo Civili bello, & operis mei finis.

A U C T O •

A U C T O R U M S Y L L A B V S.

A V C T O R E S uno aspectu, si lubet, vide, è quorum scriptis hoc Opus. Inter eos eminet CORN. TACITVS extra ordinem dicendus: quia plus unus ille nebius contulit, quam ceteri omnes. Causa in Prudentia viri est, & quia cerebrimmo sententiis: atque etiam, quia familiaris nobis, & offerebat se non vocatus. Ceteri in classe duplice. Quorundam verbis frequenter & leviter utimur: uti sunt illi

E L A T I N I S:

C. Sallustius. T. Livius. Annæus Seneca. M. Cicero. Q. Curtius. C. Plinius junior. Fl. Vegetius, sed in materie militari.

E G R A E C I S:

Aristoteles. Thucydides. Plato. Xenophon.

Aliorum ratiis: uti sunt isti

E L A T I N I S:

Acta Apostolorum. Adagia. Æmylius Probus. Afranius. Agellius. Ambrosius. Ammianus Marcellinus. Apuleius. At tius. Augustinus. Ausonius. Bernardus. Boëtius. Cæcilius. Cælius ad Ciceroneum. Cæsar. Capitolinus. Cassiodorus. Cato Censorius. Claudianus. Columella. Corn. Nepos. Cyprianus. Ecclesiasticus. Ecclesiast. Historia. Egesippus. Festus Pompeius. Florus. Frontinus. D. Gre gorius.

gorius. Guiliel. Neubrigensis.
 Horatius.
 Ieremias. Isidorus. Iustinus. Juvenalis.
 Lactantius. Lampridius. Lucanus. Lucre-
 tius.
 Manilius. Martialis.
 Origenes. Ovidius.
 Pacuvius. D. Paulus. Persius. Petronius. Plau-
 tus. Plinius senior. Porcius Latro. Pro-
 pertius. Prover. Salomonis. Publius Mimus.
 Quintilianus.
 Seneca Tragicus. Silius Italicus. Statius.
 Suetonius.
 Terentius. Tibullus. Titinnius.
 Valerius Flaccus. Valerius Maximus. Varro
 Velleius. Virgilius. Vlpianus. Vopiscus.
 Vulcatius.

E G R F C I S.

Adagia Grecorum. *Eschylus*. *Appianus*.
Archilocheus. *Aristophanes*.

Basilius.
Callimachus.
Democritus. *Demosthenes*. *Dio Cassius*. *Dio-*
genes Laertius. *Diodorus Siculus*. *Diphilus*.
Epicharmus. *Euripides*. *Eustathius*.
Greg. Nazianzenus.
Herodotus. *Hesiodus*. *Homerus*.
Iamblichus. *Iocrates*.
Lucianus.
Menander. *Mercurius Trismegistus*.
Philo Judeus. *Pindarus*. *Plutarchus*. *Polybius*.
Serenus. *Sophocles*. *Stobaeus*. *Synesius*.
Theocritus. *Theognis*.

I. L I P S I *Caute legenda
in his, quib[us] de
POLITICORVM statu vba
SIVE que disserit.*

CIVILIS DOCTRINÆ

LIBRI PRIMI

C A P V T I .

*Scopus & materies mei scripti. Vita
Civilis definita. Virtus co-
muniter laudata.*



I TAE Civilis itet
 qui recte ineas, recte
 peragas, precipere mihi
 est animus: nec id
 meis, sed veterum
 monitis, imo & verbis. Tu mihi
 dux magne Deus: & manum hanc
 mentemque dirige, ut salutaria vi-
 deam, dijudicem, promam. Vitam
 civilem definio, QVAM IN HOMI-
 NVM SOCIETATE MIXTI DEGI-
 MVS, AD MVTVA COMMODA SIVE
 vili. Quid
 vsVm. Huic duos Rectores tribuo, Duo si
 Prudentiam & Virtutem. illam ex neceſſa-
 ria, Pru-
 quia civem vere bonum nullum
 arbitror, nisi & virtum. Sine Virtute,
 Calliditas ea sit & malitia, &
 quidlibet potius quam Prudentia,
 cuius

epius clavus et si propriè Vitam Ci-
vilem dirigit, non tamen sine usu
& auxilio illius magnoris. Igitur
de Virtute iure præmittam, quæ

Virtus [a] Proprium hominis bonum.

filius ho- Cetera humana percutunt, & [b]
minis. divitiarum & formæ gloria fixa at-
Eanon que fratru est : **Virtus** clara æterna-
interit. que habetur.

[c] Hoc unum contingit immortale
mortali.

Cateris Itaque iure, [d] que homines
omnibus arant, navingant, edificant, **Virtuti**
præemi- omnia pàrent.

net: **Bona o-** Næa [e] omnia in se habet : omnia
mnia cō- assunt bona, quem penes est **Virtus.**

tinet, Nec aliena à nobis, ultro se in-
Fami- gerit, & [f] in omnium animos lu-
liaris men suum immittit, etiam qui nos
Natura. sequuntur eam, vident.

Exposi- Obvia eadem & facilis, [g] in
tæ. medio posita neminem dignaturi,
qui modo se dignum illa iudicaverit.

Asylum Confugiamus igitur ad hanc, ut
in tur- in asylium. quia sola ea quieta, tu-
ta, & [b] in sua potestate est omnia
bius. præter eam, subiecta fortune domi-
nanti.

Adver-

^a Tacit. iv. Hist. ^b Sal. Catil. ^c Senec. Epist. xcix.
^d Sall. Catil. ^e Plaut. Amph. ^f Sen. lib. iv. De be-
nef. ^g Idem Conf. ad Polyb. ^h Cornific. ad Heren.

Adversus virtutem autem hoc
[a] possunt calamitates, & damna,
& iniuria, quod adversus solum ne-
bulæ potest.

C A P. II.

Pietas Virtutù prima pars, definita
ea, & divisa in **Sensum** ac **Cul-**
tum. Hic de **Sensu** dictum.

HA N C in duos velut ramos di-
vidit, **Pietatem** & **Probitatem.**
Illa est, **RECTVS DE DEO SEN-**
SVS, **RECTVS IN DEVVM CVL-**
TVS. Duobus enim his Pietas con-
stat; sine altero, mutila aut man-
ca. Nosse ante omnia summum
illud numen (quatenus homini
datum) oportet: & cognitum, pie
pureque venerati. Utique re i ve-
ra lux à sacris litteris: sed & in
profanis spatis quasdam scintil-
las video; quas colligam. De Sen-
su, istas.

Illum necessarium: quia [b] de **Sensu**,
Deo optime existimare, pietatis est totius
exordium.

Conster igitur tibi, [c] Unum
esse regnare omnia Deum.

Ita appello [d] Summum illud &
eternū, neq; mutabile, neq; interitu-
rum.

^a Sen. Epist. cxii. ^b August. lib. i. De liber. arbitri.
^c Tacit. v. Histor. ^d Ibid.

Virtutis
divisio.

Quid
Pietas.

Eius
dno mē-
bra.

Sensu
& Cul-
tus.

pietatis

pietatis

pietatis

pietatis

pietatis

pietatis

Descri- Quem in parte descripsierim (in-
piociss. finitum enim illud quis definiet?)
[a] MENTEM solutam quandam, &
liberam, segregatam ab omni concre-
tione mortali, omnia sentientem &
moventem, ipsamque preditam mo-
tu sempiterno.

Pericu- Nec plura adda: quia [b] de Deo
losū, ri- etiam vera dicere periculosum est:
mari.

Qui [c] melius scitur, nesciendo.

Poten- Effectus tamen eius & effectus
tia di- (si ita appellare fas) licet ingeram,
vina. amori tuo & admirationi. Ille
maximus est:

[d] --- immensa est, sinecque
potentia cœli

Non habet, & quidquid superi vo-
lucre, peraltum est,

Institutio- Ille iustissimus. & Θεὸς ἐδειπ-
όντας αἵματος, & λόγων τε δι-
καιότατος. [e] Deus nusquam &
numquam iniurias, sed quantum pe-
test iustissimus.

[f] Aspiciunt oculis superimor-
talia iustus.

Arbi- Ille arbitet & inspectat operum,
trium & consiliorū, mentium. [g] Nihil Deo
ubique clausum est: interest animis nostris,
præsticia. & cogitationibus mediis intervenit.

Eft

[a] Est profecto Deus, qui que nos
gerimus, audite & vide.

[b] Quem, qui respicit omnia solum,
Verum possum dicere Solem.

Nec inspector solum, sed iudex Curatio,
idem & vindicta. [c] Namque mibi & pre-
pro vero constat, omnium mortalium my aut
vitam divino nomine invisi: neque pœna
bonum neque malum facinus cuius distribu-
quam pro nihilo haberi, sed ex na- tio-
tura diversa præmia bonos malosque
sequi.

Hic qui gubernat omnia: Guber-
[d] Qui terram inertem, quimare natio.
temperat

Ventosum, & urbes, regnaque
aristis.

[e] Nes enim secura quies illum, si-
milique sōpori,

Detinet:

Sed ille est, [f] qui viget, qui
sintit, qui membra, qui regit & mo-
deratur.

Hæc talia non fas solum, sed ne- Ignorā-
cesse tibi scire: qui reverā tiatorū,

[g] -- prime scelerum causæ mor- caussa
talibus agris scelerū.

Naturam nescire Deum.

C Sed

^a Cic. 1. Tuscul. ^b Cyprian. in Symb. ^c Aug. lib. 17.
de Ord. ^d Ovid. viii. Metam. ^e Plato in Theæteto.
^f Ovid. xiiii. Metam. ^g Sen. Epist. LXXXIV.

^a Plaut. Capt. ^b Boëth. de Consol. ^c Sallust. ad
Cæsar. ^d Horat. 117. Odar. ^e Ovid. 1. de Arte. ^f Ci-
cero in Somnio. ^g Silius iv.

Sed scire temperanter. quo-
ramen niam & hoc verum, [a] Sanctius
plura, ac reverentius esse, de altis Deorum
credere quam scire.

C A P. III.

De altero Pietatis membro, Cultu. Is
definitus, & duplex factus. Pluria
ad Religionem monita.

Quid Cultus. D E Cultu insechor. qui non
aliud, quam COGNITI NUMI-
NIS VENERATIO, CERTIS LE-
GIBVS CERIMONIISQVE DE-
VINCTA. Coli enim postulat; &
huic fini homo natus: idque cul-
tu duplici. Interno, Extero. Ille
est, qui in animo & ex animo, Deo
vero prece concipie, laudes agnates.
Adplexus. Iste, qui hac eadem, per ritus & ge-
stus, expromit. Totumq; studiū nec
male, Religionem vulgo appellau-
mus: de qua sana quedam à nos
sanis hac habe.

**Impe-
riosa re-
ligio.** Magnum eius in animos impe-
riosa re- riū. [b] Religione enim vita constat.

[c] Omnes religione moventur, &
Omnib. Deos patios, quos à maioribus accep-
turu, colendos sibi diligenter & reti-
nendos arbitrentur.

**Pervi-
cacer
infides.** Itaque qualiscumq; ea hausta,
ægre educitur, quoniam [d] sua
cuique

^a Tacit in Germ. & plin.lib.xiv. Nat Hist. ^c Ci-
cero v.in Ver. ^d philo Iud.ad Calum

cuique optima videtur; ut que non
ratione, sed affectu diuidetur à sin-
gulis.

Hæc publice & privatim ha- Optima
benda, [a] Omnia enim prospéra ea habeo
eveniunt coelentibus Deos, adversa da omni-
spernitibus.

Idque in utraque fortuna. & vi- Et in-
dendum, [b] ne ritus sacrorum inter omnes
adversa culti, per prospera obliteren- forte.
tur.

Sed habenda cum modo: ne fiat Sed circa
illud, [c] Gens superstitione obno- supersti-
tia, religionibus adversa. tionem &
In quam natura vitio nos pro Ad quā:
ni: [d] inclina-

[d] [redacted]
[redacted]

Talum
hoc ad
regandū.
Sed m
ne qui est imbusus pugnat q[uod] fide
mentum
suis qui
Discretus hoc h[ab]et p[ro]p[ter]ea
religiose vereri, & superstitione timeri.

Placēat ille verius, tecū saniter ta.
intellectus:

C 3 Reli-
da nobis.

^a Liv.lib.v. ^b Tacit. xii. Annal. ^c Idem v. Histor.

^d Liv.lib.v. ^e Curt.lib.iv. ^f Cic. i. de Finib.

^g Varr. apud Aug. De civitat. lib.vi.

36 CIVILIS DOCTR.

[a] Religentem oportet esse, religiosum nefas.

Introre- In Cultu ipso, ad interna semper vocanda prævertere; & cense, [b] Cultum religio. Deorum esse optimum, eundemque caffissimum atque sanctissimum, ut eos semper pura, integra, incorrupta & mente & voce veneraris.

Et ani- Aureum tibi dictum imprimi-
mus ex- [c] Optimus animus, pulcherrimus Dei
colèdus. cultus est.

Sine Ri- Nec sic, ut externa tamē spreu-
tualium veris, nisi si impia. Nam & in his,
tamē ab [d] religioni parendum est, nec patrius
ieclu. contum. *contum. patiendu.*

[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]

[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]
[redacted]

C A P.

^a Apud Agel.lib.Iv.cap.1x. ^b Cic.de Natur.deor.
^c Seneca. ^d Cic.de Div.lib.II. ^e Lactant.lib.
v.cap.1x. ^f Apud Ruffin.Eccles.Histor.lib.II.cap.
vi. ^g Lib.de Repub, in hac ipsa re.

C A P. IV.

Fatum, * appendix Pietati. Quid illud, & à quo sit? quamvis ha. beat, & quemvis?

PIETATEM sevi. pango nunc
duos surdos, qui sub arbore
habetis. ^{qui} & extrahit. Fatum, &
Conscientiam. ^{qui} & ^{qui} &
Sensu: huc ex Cultu originem
clare ducunt. Si enim subhernat
& dirigit Deus provideret etiam &
descenit. Idque extenuus aperte ab
extremo in alterum. Hoc autem
est Fatum.

[a] Cyprianus. ^{qui} & ^{qui} &
humanarum orationum
Sensu. ^{qui} & ^{qui} &

Nec id aliud. ^{qui} non in modo et-
iam è priscis scriptis quanta SAN-
CTIO ET VELVITORUM DIVINAE
MENTIS.

[b] ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} &
Ponit ante verbum, & dulci gemitu.

[c] ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} &
congruere rebus, putant, sed & agis
dolor & gemitus. ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} & ^{qui} &
inclusus in celo.

Dicitant, nos a causa principi Nämpe
id permissus: id est, Dic. [d] & quo ipse
C 3 suspen. Deus.

^a Liv.lib.xxv. ^b stat. Theb. ^c Tacit.iv.Annal.
^d Senec.I. Quæst.Nat.

[a] - Condita pergunt
Ordine cuncta suo, rerumq[ue] à
princeps cursu
Fixa manent.

e] -

a Val. Flac. *i.* Argon. *b* Cic. *v.* de Divin. *c* Curt. lib. *v.* *d* Manil. *i.* *v.* *e* Stat. *ii.* *i.* Theb. *f* Mercur. Trism. cap. *xii.* Poem and.

a Apul. Metam. ix. *b* Ovid. ix. Metam. *c* Tacit. I. Histor. *d* Herodot. ix. *e* Silius lib. v. *f* Valer. Max. lib. i. cap. vi.

agendo, prospere omnia cedunt. Ignavos
Nec expecta, [a] nihil agenti in si- ille sper-
num de cælo devolaturam victoriam nit.
ut Fortunam esse.

[b] Θεοὶ τὰ γαθὰ τοῖς πόνοις πω-
λεῖται. Dū bona laboribus vendunt.

Fortes.
Et hac mente verum, [c] Deos
fortioribus adesse.

Simile in tristibus. [d] Dū prohibi-
bebunt hæc, inquietes, sed nunquam pro-
pter te de cælo descendedent: tibi dent
mentem oportet, ut prohibeas.

Nec plura de grandi hoc pro-
fundio: quod tentandum semper
homini, nunquam explorandum.
Tibi quis hic fructus? iste, ut ve-
rè prius sis, & fata sequare: id est,
Deum. [e] Quid enim est virilioris?

Quis à
Fati no-
tis: áfru-
sus.

[f] Φέρει τὸ χὴ τὸ διαμένεια. Traci-
αράγγεις, τὰ τε λέπτα πολούχοις pius,
ἀρσεπίους: Ferre que divinitus immi- patien-
tuntur, necessariò oportet: que ab ho- tia.
stibus, viriliter.

[g] Optimum est pati quod emenda-
re non possum: & Deum, quo auctore
cuncta eveniunt, sine murmure comi-
tari. Malus miles est, qui Imperato-
rem suum gemens sequitur.

C S C A P.

Remita-
mēmo-
venit ip-
hoc cym-
bā, Deo
ad clavū
** Solis*
quidem,

*Quaerit meatus, in qua regis
permittam omnia facias? Genuit
vīātibis que ad fata dūcit:
& hoc quoque ex Fato Falicia il-
lā vīātē labora. [a] Non enim
votis negue supplicis multibribus
auxilia. Deorum parantur uelando,
agen-*

*Velleius lib. ii. b Ammianus Mar. lib. XIV. c Vel-
leius ii. d Liv. IX. e Sen. Trag. Oedip. f Lucan.
VII. g Sallust. Catil.*

*a Lib. VII. b Græcor. Adag. c Tac. IV. Hist. d Liv.
VI. e Senec. De Provid. f Thucyd. lib. II. in orat.
Peric. g Seneca Epist. CVIII.*

CAPUT V.

Etiam Conscientia, Pietatis laetitia. Definio eam, divido, tormentum eius, si mala, offendique quietem, si pura.

Conscientia à Religione.

Et vix eff, ubi non illa.
Definitio eius.
Divisio.
*MALORVMQYE FACINORVM INDEX ET INDEX. Igitur & bipartita ea, Approbatio scilicet, & Opprobrio: illa in bene, huc in se-
cus factis. Sed istius vis (ut vita & virtus sunt) ciberrima; ideoque fere obtinuit, ut huc pars veniat in generis sui nomen. Nam Conscientiam vulgo appellamus, VIO-
LATI NVMINIS AVT PERPERAM CVLTI FRISTEM COGITATIONEM ET MORSVM. Qui sensus infixus homini; & vivit quādū ille, non vi extingendus, non fraude.*

[a] *Conscientiam à diis immortali- bus*

^a Cicer. pro Cluent.

bus accepimus, qua divelli à nobis Alte non potest.

Vt litera autem ea data, ut [a] fixa, correller ad felatum & anima pe- Utilis dagogus. homini

Flagrum post peccatum: quia in pec- [b] perficio deum scelere, magnifica- tudo eius intelligitur:

Fraxenum aucte peccatum: [c] quia infixa nobis eius rei aversatio est, quam natura damnavit.

[d] *Et magna sane vis eius est in Acri utramque partem; ut neque timeat & vi- antii qui nihil admirerunt, & portentam semper ante oculos versari pu- tent qui peccaverunt.*

[e] *Iraque bona illa, semper bona mea vacua est: guidem*

Imo in gaudio. [f] & vis nunquam trifis esse? bene vive.

[g] *Mala autem etiam in soli- Mala in tudine auxia & solicita est. tormentum.*

[h] *Potest enim nocenti contingere late at; latendi fides non potest.*

Et quā celest?

[i] *Nocte dieque tuum gestas in pectore testem.*

Qui

^a Origenes. ^b Tacit. xiv. Annal. ^c Seneca Epist. xcvi. ^d Cicer. pro Milone. ^e Bias apud Stob. filidor. Soliloqui, lib. ii. ^f Senec. Ep. xiv. ^g Ep. ^h Epicur. apud Sen. epist. xcvi. ⁱ Diversalis.

Testis ea Qui non fallit, non fallitur, &
non fal- ex oraculo hoc est: [a] *Suis cuique
lax: animus ex conscientia semper prebet.*

[b] *O temerum, si contemnis
hunc testem!*

Carnifex Imo & Tortorem. Vrit enim,
*assiduus: cædit, lancinat: eo gravius, quia
sine morte.* Græcorum adagium
verum: *ἵστενδροις τῶν φυχῶν
πλήνης conscientia animum verberat.*

*Indefis- Et quidem assiduo illo & sur-
sus. do verbere. [c] *Namque animus
impurus, Diis hominibusque infestus,
neque vigilis, neque quietibus sedans
potest. Ita conscientia mentem exci-
tam vastat.**

*Quæte Sic tamen hodie vivitur, ut [d]
mnunt multi famam, conscientiam pauci ve-
tamen reantur.
quidam.*

*Nun- Aliter vir bonus, cui fixum [e]
quā vir in omni vita transversum unguem
bonus. à recta conscientia non discedere.*

*Eciā tibi: qui hoc imbibet, [f]
Tranquillitate conscientie nihil exco-
gitari beatius posse.*

C A P.

^a Sallust, ad Crœ. ^b Sen. epist. xliii. ^c Sallust, Ca-
til. ^d Plin. lib. xxi. Ep. ^e Cicero ad Attic. lib. xiiii.
^f August. xxi. De civit.

C A P. VI.

*Alterum Virtutis membrum, Prebi-
tas. Quideam hic appellē? Brevia
& universalia ad eam præcepta.*

*R A M V s Virtutis mihi alter su-
perest, Probitas: quem tamen
levi dolabra expolio, quia in hoc
civili ædificio proprie non ei lo-
cus. Ad morale pertinet, nec Pro-
bitatem aliud hic intellego, quam
RECTAM IN MORIBVS ET ACTIO-
NE OMNI VITAM, EX HONESTI
NORMA. Mihi tamen nō omitten-
da, ut necessitat videas: & quia*

*Pietati adnexa ea, aut verius inne-
xa. Sine moribus Pietas, quicquid ea co-
vultu, voce, calore præferas, vana mes.
est, imo nulla. Ut poma, in ludea, Si modo
non poma nascuntur, quæ conta-
verasit. Et in fumum abeunt & vaporē:
talis verbosa illa Pietas, sine vitali
hoc operū succo. Iure ergo mores
amaq; quisquis amas illam: & fa-
ctis magis, quam specie; serio, nec
ad pompan.*

*[a] Eſſe quam videri, probus malus. Interna
Et cum laudato illo Catone, probitas,
[b] nunquam reſeſceris, ut ſecifſe ſola pro-
videarit. ba.*

*[c] Conſcientia virtuti ſatu am- Et ſper-
plum theatrum eſt. neadi*

Non fuci.

^a Sallust, in Catil. ^b Yellicus lib. xi. ^c Cicero.

Non tu mihi [a] inter claros
magi, quam inter bonos.

Non inter eos, quos [b] ambitio
falsoſ fieri ſubegit, magisque vultum
quam ingenium bonum habere.

Opes non nisi miti a manda. Opes quid curas? [c] Fortunam
velut tunicam, magis concinnato
proba, quam longam.

Quid cultum aut corpus? [d]
Honustum ei vile eſt, cui corpus ni-
corpus. non carum eſt.

Tu à te laudem tibi ſume; in-
terna veraque virtute, [e] non
specie inanum validus.

Esto mihi [f] cultu modicus, ſer-
mone facilis.

Pudor induen- [g] O reprobo, animo verecundo.
[b] Opum contemptor, relati per-
dus. Cū vicā, conſtantis adverſum metuo.

Conſtantia. Unius animi cultor: qui [i] dux
Animus atque imperator vita mortalium.

Solus co- [k] Rector humani generis agit
lendus: atque habet cuncta, neque ipſe habe-
tur.

Qui a- magnus, [l] Preclara enim facies, magna
divitiae, ad hoc vis corporis, & alia
ternus. huiusmodi omnia brevi dilabuntur:

At

^a Tac. iv. Hist. ^b Sallust. Catil. ^c Apul. in Apol. 1.
^d Seneca epist. ^e Tacit. Ann. xv. ^f In Agric & Sal-
lust. in Frag. ^g Tacit. iv. Histor. ⁱ Sallust. Iugurth.
^k Indidem. ^l Indidem.

[a] At ingenii preclara facinora,
ſicuti anima, immortalia ſunt.

CAPUT VII.

Ad Prudentiam transiūm, qui
Rectorum alter. Necesitas eius
offensa. Definitio poſita, &
expoſita. Partes eius & utili-
tas.

VIAE tuae Duce m unum habes,

Virtutem: adiongo nunc alte-
rum, quem Prudentiam dixi. Is
non tuus ſolum: ſed ſi inſpicis,
Virtutis ipsius rector, certe dire-
ctor. Sine prudentia enim quaꝝ
potest eſſe virtus?

Plato vere ait, [b] ἡ φρεστις μό-
νει ἡγαθη τῇ ὄρθῃς περιπλέου. Pru-
ne ea, dentia ſola prait & ducit ad recte ſa-
hend, ctiendum.

Et Sophus alter: [c] οὐχ οἷον το
ἄγαθὸν τῇ κυρεῖσθαι, ἀλλα φρεστος-
fieri non potest ut quisquam vere
probus ſine Prudentia audiat.

Causa hæc. quod Virtus om-
nis in Electione & Modo eſt: non
hæc ſine Prudentia: ergo nec Vit-
rus. Atque ut Architectis opus
nullum recte proceſſerit, ſine li-
bella & linea: non item nobis,
ſine norma hac diectrice. Quam
defi-

^a Sall. Iugurth. ^b In Menone, ^c Arist. vi. Ethic. cap. v.

Quis definio, INTELLECTVM ET DILECTVM RERVM, QVAE PUBLITIUS? CE PRIVATIMQVE FVGENDAE AVT APPETENDAE.

Sagaci- Intellectū dixi, quia hæc est que-
tus eius, videt omnia; deoque [a] ἡμίη τὸ
ψυχικόν, εἰς τὴν ἀνάτε, iure dicta.

Difcre- Dilectum addidi, quia eadem,
tio. quæ seligit: & recto iudicio, [b]
honesta ab deterioribus, utilia ab no-
xiis discernit.

Duplex Privatum etiam & Publicē, in-
ea, Pri- serui, quoniam species eius velut
vata, & duplex, Domestica & Civilis:
que fo- quarum illa sibi, hæc aliis pro-
ras spe- dest. [c] Φρεγνίπος οὐδέ μεταξύ, οἱ
στάθμοις ἀναθέτε, καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώ-
ποις διωντας θεωρεῖν. Prudentes
censemus, qui ea, quæ sibi, quæque ho-
minibus conducunt, possunt dispice-
re.

[d] Φρέγνιπον γε φίλοι αἱρέουσι ταῦτα τῷ πολέμῳ τὸν τῆς
αἰτίας οὐ κατέχοντας τὸν τῆς τῆς τοῦ. Prudentem dicemus, sibi &
rei publica consulere potenter ac va-
lidum.

Ars & Itaque usus eius multiplex. &
narma recte ille, qui dixit, [e] Artem vi-
tiosus esse Prudentiam, ut medicinam
valedudinis.

Hæc

Hæc enim est, quæ [a] presen- Munia
tia ordinat, futura providet, prete- eius.
ritate recordatur.

Hæc quæ [b] fallere non vult, & τις eius.
falli non potest.

Cetera omnia subiecta:

[c] Αἴπαντα δέλα τῷ φρεγνί-
ποντισταῖ.

Famulatur omne, quidquid est,
Prudentia.

Etiam ipsa Fortuna. nec vano
dictum,

[d] Sapiens pol ipse fingit fortu-
nam sibi.

Igitur jure Tragicus,

[e] Πολλῶς τὸ φρεγνίποντιστι μονίδες
Περφτον ωτούρχι.

Longe prudentia felicitatis
Trimit tenet.

At contra, Imprudentia infelix,
quæ [f] pleraque, & se, precipitat.

C A P U T VIII.

Quid gignat Prudentiam? Vsum
esse, & Memoriam. Quid ea
utraque? Vis & firmitudo illius
prælatæ: sed raritas & difficul-
tias item ostensa.

Duo
PRUDENTIAE autē patentes Pruden-
duo, Vsus & Memoria rerum. tiam fa-

D Nam ciunt:

^a Arist. & Iamblich. ^b Tac. iv. Annal. ^c Arist. iv.
Eth. cap. v. ^d Plato Alcib. ii. ^e Cic. v. de Finib.

^f Author. lib. de iv. Virt. ^b Idem. ^c Menand.
^d Plaut. Trin. ^e Sophoc. Antig. ^f Sallust. ad Ces.

Nam quod Poëta vetus in Sapientiam scripsit,

*[a] Uſus me genuit, mater peperit
Memoria,*

abnuo: & verius est in istā. Uſum intellego, NOTITIAM HUMANARVM RERVM EX VISU VEL TRA-

*Memo- CTATV. Memoriam, NOTITIAM
ria.* SIMILEM EX AUDITV VEL LE-

*Vſus cer- CTV. Uſus haud-paullo firmior: &
tissimus ideo iure pater. Per sua enim, non*

*dolor, per aliena pericula discit; per pro-
pinqua exempla, non temora.
qui plerisque eventibus iū se ad-
est, interest, prætest. Itaque vere
scriptum,*

*[b] Uſus efficacissimus rerum o-
mnium magister.*

*[c] Et experimentia optime credi-
tur.*

Imo amplius: *[d] Uſus omnium
magistrorum præcepta ſuperat.*

Quem qui inultum habet, glo-
rietur iure:

*[e] ... νόσον καὶ σῖδην ἔχετε
μαλαγε Εδέλα τε καὶ τὰ χέρνα.
νοιτ. --- novi δὲ ſcio ſingillatim*

Quæ bona, quæ mala ſunt.

Hic ad omnem artem utilis ſi-
ve necessarius:

[a] Per

^a Afranius. ^b Plin. lib. xxvii. ^c Idem lib. xviii.
^d Cicer. de Orat. I. ^e Hombr. Odyſſ. Σ.

*[a] Per varios uſus artem expe-
riencia fecit,
Exemplum monſtrante viam.* Artes
omnes
genuit.

Sed ad hanc civilem imprimis. Civiliens

*[b] Καὶ πῖς ἐφιεμόθαις τῷ πολιτικῷ perficit.
εἰδίνα, μεροθέν τοις τὸν εἶδας.
Ἐγ γινώσκων in re Civili intelligens ha-
beri volet, opus ei experientia.*

In quo tamen hoc mali, quod Incom-
præceptis non truditur: sed *[c]* modus
etas cum denique affert.

Nam, ut poëta ait, *guia ſe-*

*[d] ... ſeru venit uſus ab annis. rus:
Et exti-
Hinc Prudentia ſenum in vulgi
me etat-
verbo:*

Hinc illud ſapientis, *tū pro-*

*[e] Γνέγοντο δὲ αἱ πολλὰ δίδα-
σκούσσος.* prius.

Aſidue addiſens, ad ſenium pro-
pero.

C A P V T IX.

Memoria rerum, ſive Historia, fru-
tus. Facilem hanc ad Prudentiam
viam: etiam ad Probitatem.

AT Memoria, patens altera eſt.
quam uſui non appono ſolum,
ſed in parte præpono. Magis enim
obvia hæc & facilis: diuſſula la-

D 2 tius,

^a Manil. I. ^b Arift. Eth. x. cap. ult. ^c Cic. I. 1. de Orat.
^d Ovid. VI. Metam. ^e Solon.

52 CIVILIS DOCTR.
tius, & quæ plura ad Prudentiam
& in plures confert. In quosvis
enim ea, & quovis tempore, ca-
dit: cumque iter illud per propria
pericula, longum, nec sine pericu-
MILITAREM autem Pruden- tiā, ante omnia necessariam ego Principi affero, adeo ut sine ea vix Princeps. Quomodo enim ali- ter se tueatur, sua, ac suos? Vis nu- da ac mera huic rei parum est, nisi nus, arte quadam & confilio tempere- tur: id est, Prudentia militandi. [b] Δυοῖν γέ ἔτη των, δι τῶν σάρκας ποτε. Id non λέπθεντα πάντα, τὸ πολεμίεις ποτεστ ἀνδρεῖας, οὐ τὸ ποτε στάχεις εἰς τὸ ποτε. Sint For- voias. Cum enim duo sint, quibus tituli- omniū respublika servatur, in hostes ne:

Fortitudo, & domi Concordia: Nec for- Hanc quidem abunde Togata titudo Prudentia praestiterit: illam, non efficax, est ut aliunde petas aut impetres, sine Prou- quam ab ista, non certe felicē, Et dentia cum successu. Bene ergo scriptum: Mil- -

[a] Ce- ri.

[a] Cetera autemque dissimulari, sed boni Duci Imperatoriam esse virtutem.

Absoluti reges & laudes. Et Homerus perfectum suum legitimumque regem ornavit hoc elogio:

[b] Αὐτὸς τε γέρε, οὐαὶ δέ τις ἀγαθὸς, καὶ τε τοῦτον τὸν αἴγαυτόν τοι.

Vtrumque & rector bonus, & bonus Induperator.

[c] Ac nimis licendum est quod sentio. Virtus militaris, praestat ceteris omnibus.

Rerum tranquillae & firmitas a Militia. Que enim res vitam aut tranquillum usum habeat sine ista? Patria, libertas, cives, atque adeo ipsi renes [d] latentes in tutela ac presidio bellique virtutis.

Itaque vides, quam serio haec amplectenda sit: & merito adiunquamque aures dare te debere ad hanc disciplinam, quæ talis.

CAPUT III.

Materies, & ordo dicendorum. Bellum externum definitum, & remota ab eo suscipiendo Injustitia.

Duplex Bellum. MILITARIS omnis Prudentia circa Bellum est: Bellum autem duplex, Externum & Internum. Illud definio, VIM ET ARMA IN PRIN-

^a Tac. Agric. ^b Homerus Iliad. ^c Cic. pro Mur. ^d Ibid.

PRINCIPLEM AVT POPVLVM ALIENVM. De quo primo dicā, & universa quæ eo faciunt præcepta ad tria hæc capita redgam: Suscipiendo, Gerendo, Finiendi. Horum Externo aliquid si neglegis, aut perpetua speckans administras, vix est ut Bono Even-
tui unquam lites. In Suscipiendo bello duo hæc serio moneo, ut In-
justitia omnis & Temeritas ab eo absint. Illa prior maxime: nec un-
quam arma illa moveas, nisi quæ
mos & ratio admittunt. [a] Sunt Iurabel-
enim & bellum, sicut pacis iurum: iuste-
que ea non minus, quam fortiter de-
vandas gerere.

Atque adeo [b] in omnirepublica
maxime conservantia iura sunt bellum.

[c] Nam timere in acie versari,
& manu cum hoste configere, imma-
ne quiddam & belluarum simile est.

Quod si admittimus, [d] quid Aliis
aliud quam omnium inter se gentium promi-
bella existent?

[e] Et barbaro ritu, cedem cede, perpetue
& sanguinem sanguine, expiabimus. scue &
cedes

Abit. nec unquam animum erunt.
tuum penetrent illæ voces: [f] In Improbâ
armis ius ferre. & omnia fortium vi-
rorum esse.

Q. 4 Item:

^a Liv. v. ^b Cic. De Offic. ^c Ibidem. ^d Tacit.
^e iv. Hist. ^f Sallust, ad Cez. ^g Livius v.

Item:

[a] --- *Queritur belli exitus,**Non causa*

Et illud subtilissimæ malitiae:

[b] --- *hac acies vultum fastura
nocentem est.*

*Iustitia
non ab
Exitu,
sed à
Causa
aferen-
da:
Etsi ab
hac bo-
na, ille
plerum-
que bo-
nus.*

Non, non, mi homo: erras. nec
Acies est quæ innocentiam appro-
bat, sed causâ. et si plerumque, fa-
tator, [c] *Eventus belli, velut equus
index, unde iustabat, ei vitoriam
dedit.*

Nam causâ, velut Caput Bonæ
spei est (licet hoc alludere) quod
ducatur ad Triumphales illas ter-
ras.

[d] *Causa iubet superos melior
sperare secundos.*

Et occulta quadam internaque
vi,

[e] *Frangit, & attollit, vires in
milite causa:**Quæ nisi iusta subest, excutit ar-
ma pudor.*

Imo ausus est Græcus Poëta
scribere,

[f] *Οὐδεὶς σεξτίγας ἀδην,
οὐδὲ ἥλθεν αὐλίν.**Iniqua bellans bella, salvus hand
redit.*

Nimis

^a Senec.Herc.Fur. ^b Lucan vii. ^c Liv. xxi.
^d Lucan.vii. ^e Propertius iv.eleg.vi. ^f Eurip.
Erech.

*Nimis rigide, scimusque inter-
dum aliter esse, arcane & nobis bella à
ignoto fine. Sunt autem iniqua il- dupli-
la omnia bella, quibus Ambitio fere
aut Avaritia causâ. Quam multa causa:
easunt! Nam, si verum fateri au-
demus, plerisque regibus [a] una
& ea vetus causa bellandi est, pro-
funda cupidio Imperii & Divitiarum.*

[b] *Libidinem dominandi, causam Ambi-
belli habent, & maximam gloriam in tione,
maximo imperio putant.*

[c] *Atque id in magnis animis
ingeniusque plerumque contingit.*

*Quibus pulchrum videtur [d]
ex omni occasione querere trium-
phum.*

[e] *Bellorum exuvia, truncis affi-
xatropæn*

*Lorica, & fracta de casside bue-
cula pendens,*

*Humanis maiora bonis credin-
tur.*

Itaque hi tales [f] arma in o- Et
mnes habent; acerrima tamen in Avari-
eos, quibus vici spolia maxima tia.
sunt.

Nec usquam, aut unquam, hoc fal-
sum: Illis [g] maximum discrimen,

Q S penes

^a Sallust.in Fragm. ^b Idem Catil. ^c Cic.l. De
Offic. ^d Plin.Paneg. ^e Juvenalis Sat.x. ^f Sal.
in Fragm. ^g Tac.iv.Hist.

penes quos aurum & opes, præcipue
bellorum causa.

[a] Bene igitur poëta:

Rupere fædus impius lucifuror,
Et ira præceps.

Addit & git: quæ ipsa inter iniustas bellii
caussas. Nam illa, aut odio im-
pulsi, arma sepe movent non mo-
venda. Dammat hanc aliasque il-
las pius Antistites: [b] Nocendi cu-
piditas, ulciscendi crudelitas implacata
& implacabilis animus, feritas re-
bellandi, libido dominandi, & siqua-
sunt similia, hec sunt que in bello in-
recepuntur.

CAPUT IV.

Ordine & partite posita, que ad In-
stium bellum requiruntur: & ma-
xime, quibus id causis capiendum:

FUGES igitur ista Princeps, nec
unquam bello te implicabis,
nisi iusto. Quod, inquit, illud
est distincte accipe: quod tria hac
habet iusta: Auctor, Item, Caussam,

Principi-
fotius
armo-
rum:
Principes sit: Aut
Finem Auctor iustis est, ipse Prin-
ceps. Nec enim cuilibet sane fas
aperire Belli istas portas: sed [c]
ordo naturalis mortalium paci ac-
commodatus, hoc poscit, ut suscipiendi
belli auctoritas atque consilium penes

Aut

^a Sen. Hipp. b August. contra Faustū, lib. xxii. I.
cap. Lxxi. v. c Ibid.

Aut certe eos, qui in quaque Aut su-
rep. loco Principum. Ideo Plato premo-
lege sanxit: [a] Ε'όν τις ιδία πολιτεία) magi-
στρος την επίπλουν τον αἰλαγον, ἀνδρὸς στρατού.
τις νεώτερος έστω ζηντεύειν. Siquis
privatum, sine publico factio, pacem
bellumve fecerit, capital esto.

At Causa iusta duplex, Defen-
sio & Invasio. In Defensione quis
ambiget? [b] Illud est non modo u-
serum, sed etiam necessarium, cum vi licetum.
vis illata defenditur.

[c] Hoc & ratio doctii, & necessi-
tas barbaris, & mōgentibus, & feru-
natura ipsa prescripsit, ut omnem
semper vim, quacunque ope possent,
à corpore, à capite, à vita sua pro-
pulsarent.

Defensionem autem dico du- Non se-
plicem, Tuam & Alienam. Tuam, solum:
cum vim à tetu sive arcis, & [d]
libertatem, patriam, parentesque ar-
matis.

Alienam, iterum duplice: cum Sed &
à Sociis, aut Oppressis. De Sociis alios, ut
intellexit Tullius: [e] Nullum beli socios:
lum, inquit, à civitate optima susci-
pitur, nisi aut pro Fide, aut pro salute.

Fides sane agitur, & eate impel-
lit, ut opitulete iis, quibuscum so-
cietas

^a Lib. xxi. De Legib. ^b Cic. pro Mil. ^c Ibid.
^d Sallust. Catil. ^e illi. De Rep.

cietas tibi & auxilii pacta. Itaque & Princeps Philosophus decrevit, [a] Δέ τὸν ἀδικημένον, ἐφέωντο πολεμεῖν, οὐ συγκρανόν, οὐ διερχετόν, οὐ συμίχεις ἀδικημένοις θεῖν. Oportet iniuriam passos profesis arma capere, sive pro cognatis & beneficiis, itemq; sociis iniuria affellū auxiliari.

*Autini-
que op-
pressos.* Nec dissimilis ratio in Oppres- sis, quos si gravior aliqua vis aut extrema Tyrannis urget, videtur cogere te commune Societatis vinclum ut adiutes. [b] Qui enim non defendit nec obſſit, ſipoteſſt, iniuria, tam eſt in vitio, quam ſi paren- tes, aut patriam, aut ſocios deſerat.

Imo & Christianus doctoſ in ea patte: [c] Fortitudo qua per bella tuerit à Barbaris patriam, vel deſen- dit Infirmos, vel à latronibus ſocios, plena Iuſtitia eſt.

*Defen-
ſionis
Specie,
non lon-
giue eun-
dum.* Arque hæc licita & legitima De- fensio eſt, maneas in ea tantum, nec hoc prætextu pedem manum- que promoveas, & aliena appre- hendas. Quod Romanos feciſſe, ingenue fatetur Romani eloquii flōs: [d] Noſter, inquit, populus, ſo- ciū defendendū, terrarū tam oniuium potitus eſt.

Male:

a Arist.Rhet. ad Alexand. *b* Cic. i. De offic. *c* Ambros. De offic. *d* Cic. iii. De Rep.

Male: nec tu imitare. Iam in- Invade- vasio quoq; licita & iusta eſt, ſed refas, ob non omnis. Illa palam, cum in- Iniu- iuriam vindicas, & iure gentium rias: tes tuas repetis. Nam iustitia: [a] primum hoc munus eſt, ut ne cui quis noceat, Nisi laceſtit: iniuria.

Exceptionem vides. Itaque ſi quis tes tuas aut ius rapuit: cape arma, cum ea conditione tamen, Sed prius ut ex formula veteri, prius mitras tentata [b] clarigatum, id eſt, res raptas clare iuri repetitum.

Nec enim, etiam laſus, iuste ſta- tim bellum infete: [c] ſed cum duo Qua po- ſint genera decertandi, unum per Di- tior illa ſceptationem, alterum per Vim: cum armo- que illud proprium fit hominis, alte- rum: belluarum: configiendum eſt ad posterius, ſi uti non licet ſuperiore.

Obſerva. quoties enim iudicio quiſpiam ſe ſiſtit, arma ſiſtenda ſunt: [d] καὶ δὴ τὸ δίκαιον διδόντα, καὶ βούλου ὃς εἰς ἀδικοῦσθαι οἴεται: ut graviflormis gentis rex censuit: In eum qui iure agere & ſatisfacere pa- ratus eſt, nefas bellum ſumere, tan- quam in iniurium.

At ſi abnuit, & tes retinet: [e] quid eſt quod contra vim ſine vi fieri poſit?

Hic

a Idem i. De offic. *b* Plin.xxii. Nat. Histor. sap.ii. *c* Cic.i. De offic. *d* Archid. apud Thuc. lib.i. *e* Cic.lib.xii. epift. x.

Hic illud valeat: [a] Iustum bellum, quibus necessarium; & pia arma, quibus nulla nisi in armis relinquitur spes.

Invasio etiam quedam legitima videtur, etiam sine iniuria, ut in Barbaros, & moribus aut religione prorsum a nobis abhorrentes: maxime si potentes ii, & aliena ipsi invaserunt aut invadunt. Causa enim hic est, Coeratio, & in malo repressio. Augustinus eleganter: [b] Cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur.

Idemque iterum; [c] Apud veros Dei cultores, etiam illa bella peccata non sunt, que non cupiditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coercentur, & boni subleventur.

Fini s^{b9}- Sperno causas alias, & de fine nus re- adiungo: qui etiam in bona causa qui- guiri- potest esse malus: Quid si enim tur. Ultio tibi proposita? quid si Gloria, aut Imperium? peccas, nec dirigenda alio arma sunt (si pura ea esse vis) quam ad Tranquillitatem & tutelam. [d] Itabellum suscipiat, ut nihil aliud quam Pax quiesca videatur.

Qui, est & tutelam. [d] Itabellum suscipiat, ut nihil aliud quam Pax quiesca videatur.

[e] Sapientes Pacis causa bellum gerunt, & laborem spe otii sustentant.

CA-

^a Liv. i. x. ^b Epist. v. ^c Lib. De Ver. Dom. d Ci- cer. i. De Offic. e Sallust. ad Cxs.

Temeritas remota à bellorum initiu: & summatim, que in suceptione omni cogitanda sint.

SATIS (quod in me quidem est) ab Injustitia te arcui, nunc eris à Temeritate. Nec enim statim, vel cum iusta Causa oblata est, descendere te velim in Martium hunc campum. Magna res est: liberationem postulat, eamque lentam. Nam scito [a] omne bel. Bellum sumi facile, ceterum agerrime facile te desinere; nec in eiuslora potestate ini- diuas: tum & finem esse.

Vt in putrum facile te demise. Agre- tis, haud facile eduxeris: ita in bel explies. luum: quod [b] incipere curvis etiam igna: o licet, deponi cū vidores velint.

Itaque si lapsi, [c] ἐπολεμεῖτο Preco- παράγοντος, ὅτι δέ, τούτος οὐ αὐτοὶ gitandas φύεις, πεσδιάζωσε quidquid pre omnia ter opinionem evenire in bello potest, eventua: priusquam ingrediare, considera.

[d] Cum tuas uires, tuum vim for- tuna, Martemque bellum communem proponere animo.

[e] Vtrimeque ferrum, & corpora Nam humana erunt. Nusquam minus, Mars quam in bello eventus respondent, ambi-

[d] Licit guus.

^a Sallust. Iug. ^b Ibid. ^c Thucyd. i. ^d Liv. xxx. ^e Ibid.

Et fortuna in bellis dominatur.

[a] Licet omne tecum Gracie robur trahas,

Licet arma longe miles ac late explicet,
Fortuna belli semper anticipit in loco est,

[b] Quæ per omnia humana, maxime in res bellicas potens.

[c] Itaque quantumvis opibus tuis confidus, non debes certa pro incertius mutare.

De summa re-
rum alea [d] Non expedit concutere felicem statum.

rum alea Quid iuvat te [e] aureo hamo.
iacitur. pescari?

[f] Simul parta, ac sperata decora, unius hora fortuna evertire potest.

Clades publicæ in omni bello. cuius [g] non adventus solum, sed etiam metus affert calamitatem.

[h] --- non ullus aratro

Vastitas, Dignus bonus, squalent abdulit
arva colonus.

Stupra, [i] Tum scelerata, dempto fine, per
cunctas domos

Cedes, Iere. nullum caruit exemplo nefas.
Et quod caput est, quæ sanguinis effusio & quæ cædes!

[a] Stat

^a Sep. Theb. ^b Liv. ix. ^c Sal. Iugurth. ^d Sen. Oedip. ^e Suet. Aug. cap. xxv. ^f Liv. xxx. ^g Cic. pro Leg. M. Auli. ^h Virg. l. Georg. ⁱ Sen. Hipp.

[a] Stat crux in templis, multaque rubentia cæde

Lubrica saxa madent, nulli sua profuit etas.

[b] --- notum quid cæde calentibus armis,

Quantum ira liceat, motusque quid audeat ensis.

Hæc publica sunt. quid si accidunt privata etiam tua mala? Nam Mala ætarium exhaustur, [c] conversa privata in usum militum omni pecunia. precogita

Te obiicis periculis, imo & catanda.

Iumenti. [d] Nihil enim tam capax Prin-
malignitatis sermonumque, quam ceps tum

odia ex-

bellum.

I moscripsit quispiam: [e] mo-
cipit. λέμε καρδεστός ἀττάναλον ἔτι Caussa
τὸν τρέχοντα δοτὸν τῆς ζυπανοցοῦ mali di-
σταζούνεσθι. Bello instituto, necessum citur.
esse Principes male audire & culpari,
ob dannæ.

[f] Et sane iniquissima bello sum
conditio hac est. prospera omnes si-
bi vindicant; adversa uni impu-
tantur.

Quæ talia penitus si consideras, respectu
an non fateare [g] Bellum etiam omne
iustum detestandum? Horum
bellum

Præsertim pio & Christiano Prin-
cipi. dum

^a Lucan. ^b Silius I. ^c Tac. t. Hist. ^d Quint. De-
clam. ^e Thucyd. v. ^f Tac. in Agric. ^g Aug. xix.
de Civit.

258 CIVILIS DOCTR.
cipi, qui, ex divina lege, [a] alien
sanguini tanquam suo parcit, & se
homini non esse hominem prodige uten
dum.

Ad quod Sperne igitur illas in Aula tua
multi furias fasesque belli.
excita Quo in numero inter lumen [c]
tant: Nobilitas, cui in pace durius servi
tum est:
Ut No- Sæpius ferociæ aliquot & tuc
tile, bida: quos dixeris [d] ne punxerat
Turbidi, omni tu hanc uicem exquirere
natos, ut ne quis ipsi quiescant, neque
alios finant.

Exsules. Non raro etiam Peregrini aut Ex
sules, qui sua spe aut [e] metu,
cunctantem in arma propellunt.
Publico Nam, ut poëta canit,
prætex. [f] Quemque sue rapiunt scel
tu, sed rata in prælia cause.
privata Sue, inquam, non Tuæ aut Pu
caussa. blicæ, ne eres. Sed tu quid credas?
Non au In tali re, scito [g] consilium ab
diendi. omnibus dari, sed periculum paucos
sumere.

Vno aduerso iectu [h] languebunt
omnium stria, qui primo alacres si
dem atque animos ostentabant.

Ne temere ergo crede: & senten
tia

^a Sen. Epist. Lxxxix. ^b Liv. xxii. ^c Tac. xi. An.
^d Thuc. i. ^e Tac. ii. Hist. ^f Lucan. i. ^g Tac.
ⁱ iiii. Histor. ^j i. Hist.

L I B E R V. 259
tice unius scuto omnes istos sua
fores repelle. [a] Γλυκὺ τὸ βίαιον Bellino
mētēzōi. εὐτείχεις δὲ τις ταράθη men bel
lum: οὐδέποτε ταράθη εἰς διά ταράθη. Sua lum:
ve bellum non expertis, at quigusta- Restur
vit, valde contremisit animo quiescere pīsima.
adventans illū videt.

Felicem & magnum Augustum Vix nisi
illum se inper cogita: qui [b] nulli necessā
genti sine iustitia & necessariis (voce rīo, eo
causū bellum intulit. venien
-tia)

Atque utinam hunc affectum tibi dum,
bi imprimat ut [c] sine cupiditate,
sine impotentia, quietus secretusque,
[d] Nec provokes bella, nec timeas.
[e] Id beatius, quam suas alienas: Nec mo
que fortunæ spem metuque versare:
Et illuc descendere, ut aut [f] piende,
perire necessarit, aut quod aequum apud Aut ca
bonis miserrum est, occidere. des insi
tuenda.

C A P V T VI.

Ad Gerendum bellum tria reguista.

Primo Apparatus triplex, Peu
nia, Commeatum, Armorum.

D ECRETA mea in Suscipiendo
bello habes: transeo ad Geren
dum, in quotria considero vel po
tius desidero; Apparatum, Viros, Appa
ratus. Apparatum dico, RES ratus
Cousilia. Apparatum dico, RES ratus
R 2 NECES. bellii,

^a Pindar. apud Stob. ^b Suct. Aug. c. xx. ^c Tac.
de Morib. Germ. ^d plin. Paneg. ^e Tac. de
Morib. Germ. ^f i. Hist.

quid, & NECESSARIAS AD VSVM OMNEM BELLI. utisunt h̄c tria: Pecunia, Commeatus, Arma. Nam h̄c nisi iam ante & ex preparato habes, fructus cogites de bello. [a] Prīus est parare bellum, quam exercere.

Ante bellum faciens lmo

[b] Diu apparandum est bellum, ut vincas celerius.

*Per bellum ex-
actiones aut pe-
riculosa.* Nam in ipso bello, incommodum aut serum, quoniā, ut prudenterissimus Athēniens̄ v̄ vere modiose nuit, [c] οὐ πλεισταὶ τὸν πολέμους αὐτοὺς, οὐ διβισιοὺς ἐπειδὴν ἀνέχεται. Ex preparato copia, bella magis sustinent, quam violentiae collationes.

Igitur proposito Principi [d] antequā inchoetur bellum, de copiis expensisq. sollicitus debet esse tractatus.

*Pecunia, spes
ritus vi-
talis
belli.* Maxime de Pecunia, quæ adeo necessaria, ut quemadmodum [e] mesici negant sine nervis homines ambulare posse:

Ita nec bellum usquam progressi sine ista. H̄c motum, h̄c animam illi dat: & oraculum est, [f] τὰ πόλητα τῷ πολέμῳ, γράμμα τῷ σενέκτωρι θεούσια καρτεῖδι. Plerasque belli res confici Consilio & vi Pecuniarum.

Nam

^a Quint. lib. xi. Inst. b Publ. c Pericles apud Thucyd. lib. i. d Veget. iii. cap. xxi. e Petron. Satyr. f Thucyd. ii.

Nam profecto, si consideras, Nec ar-[a] βόιοι πόλεμος ἢ χρήματα τὸ μαν-πλέον, ἀλλὰ δεσμῶν, δι' τοῦ τὰ lida sine ἐπιλαθεῖται. Bellum est non in ar-illa. mis maxime, sed in expensis & sum- pribus, per quos efficacia arma & utilia fiunt.

Et pluta de Pecunia ^{* lib. iv.} supra dixi. Nec minus necessaria etiam ^{cap. ix.} Annona: sine qua non dicam vin- cere non est, sed nec vivere. Nam ^{na ue-} [b] qui frumentum necessariumque ^{ceſtas.} commeatum non preparat, vincitur sine ferro.

[c] Et reliquis casib⁹ potest in tempore subveniri: pabulatio & annona in necessitate non habent reme- dium, nisi ante condita.

Patanda igitur ea: & quidem in usum duplēcē: Militum & P̄t̄x. ^{Vsi du-plex.} fidiorum. Illi, dum in agmine & castris sunt, ne egeant: ista, [d] ut aduersus moras obſidionū anniū co- piū firmentur.

Mirati liber hac in re Romanam dispositionem, quæ ad utrumque ^{* Ad pos-} hunc usum in plerisque opidis, cam mi- litarem. [e] totius anni, in ^{* aceto, frumento,} ^{* Ad usum larido, atque hordeo & * paleis, con-} equorum. dicta habebat.

Culpate contra hodiernam incu-
R. 3 tiam.

^a Idem i. b Veget. ii. cap. xxvi. c Idem iii. cap. ii. d Tacit. Agric. e Capitol. in Gord.

riam, cum ferre [a] mendicitas ad omnē desperationem vocat armatos.

Miles [b] Disciplina non potest servare intranscurus exercitus.

Etabilit, Et, ut Imperator ille dicebat,
Et duci [c] miles non timet, nisi restitus, ar-
matus, calcatus, & satur, & habens
diens, cū aliquid in zonula.

agens. TERTIO loco Arma posui, in.
Armo tellego, ut Armanentarium ali-
quod Princeps habeat, in quo ad
certum numerum peditum equi-
tumq; tela & armis, itemque ter-
ritaria, machinae, pulvis, & qua-
telia iuvandis viribus hæc aut

Nauium prioras invenit. Adde naves, &
rerum instrumentum omne nauticum, si
que na- regio eius maritima & portuosa.
valium. Nam subito ista reparerantur: &
semel parata non solum in bellum

Metuē valent, sed ne sit bellum. [d] Ne-
dum hec mo provocare audet aut facere iniu-
Princi- riām ei regno aut populo, quem in-
pem fa- tellegit expeditum atque promptum
ciunt: ad vindicandum.

Et pa- [e] Et qui desiderat pacem, prepa-
rat bellum.

CA-

CAPUT VII.

Milites terrestris quidem bello necessa-
rii, duplices: Equites, pedetesque.
quesitum breviter, utrorum maior
usus.

AT Viros hic intelligo, ARMA- Quid
TAM MVLITVDINEM, APTAM viri, &
IMPVGNARE VEL RЕPVGNARE. eorum
Eam divido, in Milites & Duces, divisio.
Milites iterum duplices, Pedites &
Equites. Nam utrisque sane opus
est, à quibus sal omne bellicis con-
filiatio^rur, & sine quibus quamvis
egregia, invalida sunt.

Sed utris magis? dubites. Poly. Equites
hius (peritus hercules in omni re præstant
bellica & civili scriptor) equites pediti-
atollere viderunt, & viam pœci bus.
puam ascribere ad vincendum.

[b] οὐδὲν δέ, inquit, τοῖς τὸν τῆς
πολεμίων νόμοις, ιπταγεὶς της ταχείας,
ιππουρεῖται, ἢ τοῖς τούτοις μάχοις, οἱ
καὶ τα πάτεροι τοῖς πολεμίοις
τα στάρκυσθείσι. Melius est ad
belli usus, * dimidiam partem pedi + intel-
latum habere, & prevalere numero lege re-
equitum, quam omnia pars hostilis ipsius
nascunt in ac em descendere.

Nec de Pugna, nimis ne pene Sed dū-
go de Bello universo, in quo Pedi. taxat in
R. 4 rem pugnas:

^a Lamp.Alexan. ^b Cassiod. iv.Var. cap.xiii.
^c Lamp.in Alexand. ^d Idem. iii. ^e Idem ii.

^a Tac.t.Hist. ^b Lib.iii.

tem præpono. Nam ad opida pro-pugnanda aut expugnanda, quis equitum magnus usus? quis etiam in montanis locis, aut impeditis? Totibet. [a] Ex quo intelligitur magis neces-sarios reip. pedites, qui possunt ubi-que præfesse,

Scriptor meus hoc vidit, & vi-gilanti lectori ingessit, de Cattis:

[b] Omne, inquit, in pedite robur.

Additque: [c] Alios ad praetium ire video, Cattos ad bellum.

Imo &
in pugna
boni.

Quanquam & in ipsis præliis
cur Pediti minor vis? Tardius ille
vincit fortasse, sed certius. Nam

[d] equestrium virium proprium, ci-to parare, cito cedere vitoriam.

Quin ipsum illum impetum &
[e] procellam equestrem.

Juxta cū Facile excipit, si idoneus illi ordo
Equitis- & arma: quod sit per Disciplinā.
bus, si Summus harum omniumque re-apte in-rū iudex, ita protulit. [f] A' rō p̄
frusti Cura tāz̄ eis, ἀχεντον τὸ οπλιτικὸν· ai-
& positi. ὃ μὲν τὸ τοιότων ἐμπρέσσαι καὶ τά-
ξεῖς, εὐ τοῖς ἀρχαιστικοῖς & χαρτηρίοῖς, το-
ις πᾶς ιπταύτων ἔδι, τινιχώ. Sine
ordine inutilis pedestris armatura, ra-tio-

^a Veget. II. cap. II. ^b Tac. De Morib. Germ.
^c Ibid. ^d Ibid. ^e II. Hist. ^f Aris. IV. Polis.
cap. XII.

L I B E R V. 265
tio autem & peritia ordinandi ignota
antiquis: ideoque in equite apud eos
omne robur.

Disce, ubicumque bona & com-
posita militia, Peditem prævalere:
apud rudes aut barbaros, contr.
Nec sane inutiliter disciplina & Barbari
ratio illum provexit: quia parabi-
lior, & simul maior [a] numerus gaudet.
peditem sumptu & impeſa minore Minor
nutritur.

Ex his concludo, [b] in univer-sum
sum affimanti plus penes peditem ro-pus.
boris esse.

C A P. VIII.

Utrosque bonos esse debere: aliqui
pro nihil omnis copia. Fieri bonos
dupliciter, Dilectu & Disciplina.
Ea negligebodie, & super hac re
iusta veraque querela.

Hæc disciplina Militum sunt: Milites
qua frustramen ingerō, nisi boni ha-
illi boni. Cui usui quanvis magna bens,
equitum Peditemque multitudo, Magis
si ignava, imperita & tantum quam
multitudo & Tu scito [c] non vires multi-
cam habere sed pondus:

Et esse [d] impedimentum maius,
quam auxilium.

Grecus illescite monuit: [e] Χι-
ρ

R S

εργ

^a Veget. II. cap. I. ^b Tacit. De Morib. Germ.
^c Sen. VI. de Benef. cap. XXXI. ^d Liv. IX. ^e Syncell.
Ep. LXXXIX.

εργοῦσι τὸν πόλεμον, καὶ ἐν ὀπέρων πόλλων. Manibus opus est bello, non multis nominibus.

Tolle nihil vana, & in oculis vulgi magna. quoniam [a] in omni confititu non tam prodest multitudis, quam virtus.

Pauci, [b] Etiam in multis legionibus, paucissimi sunt, qui prælia profligant. per vim. Ad virtutem ergo venientum: id cunct. est, ut bones eos habeas fortisque nec habebis unquam, nisi hæc duo velut instrumenta alhibeas, Dilectum & Disciplinam: alterius paradiisii, alterum formandis. In quo v' deo futurū ut multa sua deam, quæ ex usu magis, quam quæ in usu. Quid faciam? hodiernam Militiam tristi oculo intueor; pudendam lugendamque nobis, hosti ridendam aut spectrandam.

Itaque cogor apertis tibiis canere, & [b] illa militie flagitia palam aspernari:

Atque adeo imaginem eius proponere: non ut convitium aero faciam, sed ut medicinam. Nam principio, Dilectus quæ forma apud nos? nulla. [d] Emunt militem, non legant.

Pecu-

^a Veget. i cap. viii. ^b Tac. xiv. Ann. ^c Tacit. i. Ann. ^d Ex Galba dicto i. Hist.

Pecuniola proponitur, tympani. *Vitis* sum scepit: & ecce coeunt ali- *enim* quo [a] ignoti inter se, ignoran- *asciscun-* tur aut *risque.*

[b] Purgamenta urbium suarum: *pesimi.*

[c] Quibus ob egestatem & flagi- *tia, maxima peccandi necessitudo est:*

[d] Afficti latrociniis, bellorum in solentes.

Atque ut uno verbo absolvam, *Vitius* [e] quorum lingua vana, manus ra- *cooperis.*

*pacifimæ. gula immensa, pedes fragi-
ces, qua honeste nominari non possunt
inhonestissima.*

Plerique enim profecto tales: *(nam omnis ablit ut culpem.)* aut si qui melioris notæ immixti, facile abripiuntur & velut obducunt à reliqua illa fece. At *Sine ul-* que hæc in Dilectu. In Discipli- *la Di-* na quid? [f] nec formam saltēm sciplina, eius & extrema tanquam lineamen- taservamus.

Atque ut [g] elim virtutis mo- *Certa-* desieque, nunc procastitū petulan- *tim la-* tieque certameu est. *scivit.*

[h] Omnia indistincta temulenta, *pervigiliū, ac Bacchanalibus, quam* Discipline & castis propiora.

[i] Iwo nec in procinuū & castris ha- *ben-* tur.

^a Liv. xxi. ^b Curt. ix. ^c Tac. ii. An. ^d Egesip. iv. cap. iv. ^e Pseudo-Sallust. in Cic. ^f Cic. v. de Rep. ^g Tac. i. i. Hist. ^h i. i. Hist. ⁱ i. i. Hist.

Paganos buntur, sed per omnia municipia deservant, des, hospitibus tantum meruendi:

Comes- [a] Effundunt se in luxum, & epus. sanc-
tum: las, & nocturnos cœtus.

Porant, [b] Ibi circumferri merum largius & tum iubent, debellatur super mensa ALLEG-
PUGNAT: XANDRVM.

[c] Suas vires extollere, hostium paucitatem contempnere.

Sed, ô dedecus! ad ipsos cum ventum est, [d] neque animo, neque auribus, neque lingua competere.

Et fit illud Homericum,

[e] -- πάσιν δέ πρεξὶ ποσὶ κάπη-
μετε δυόπες.

-- inque pedes cunctis mens decidit
imos:

[f] Vere galeati lepores,

[g] Quibus ut al populandos fini-
ad pre- timorum agros, telisque urenda, &
das, capienda pecora, aliqua vis sit: ita in
Ignavi acie ac signis collatis nulla est.

Nam ita collectis, ita habitis,

[h] nec in vitoria decus est, nec in
Decoris fuga flagitium.

Ad summam, Militia haec nostra

est. [i] Exercitus lingua, quam manu
promptior: predator è sōciis, & ipse
præda hostium.

C A P.

^a tv. Hist. ^b Curt. v. ix. ^c Ibid. ^d Sal. Fragment.
^e Iliad. O. ^f Cornificii dictum de suis militibus.
^g Liv. xxviii. ^h Tac. i. 1. Hist. ⁱ Sallust. Iug.

CAPVT IX.

De Dilectu cœptum dici, sed primo quæ situm, Exteri an Domestici preferendi? nos istos censemus, cum causa.

QVÆ omnia fœda, turpia, & perdendæ militiae patriæque esse quis non videt? Tibi emen. Hac im-
danda Princeps: cuius est [a] pro mutan-
salute reip & nova excogitare, & da:
antiqua restituere.

Restitue ergo illa duo, quæ iam Revoca-
præsignavi, Dilectum & Discipli- to Dilec-
tum: sola probæ germanæque Mi-
litia vel fundamenta, vel firma Discipli-
menta. Dilectum appello EORVM na.

QVI ARMIS IDONEI SVNT CVM Quidille
IVDICIO ELECTIONEM. IDQUE E sit?

TVIS, Dilecti addo, è Tuis. Nam An Ex-
Militiam hanc Peregrinam qui teri &
approl: em? aut quis serio Dilectui Merce-
in ea locus? Mos in vexit, fateor: sed non Ratio. quam ego audio, & nanarii
Domesticum militem longe sem- legendi?
per præferam Externu. Causæ istæ. Ego &

Infidi sæpe exteri: & [b] maiore ratio
ex diverso mercede, ius fâsq, exiunt. nega-
mus.

Tritum illud, in iis proprie ob- Nā vix
tinet,

[c] Venalesque manus. ibi fui, ubi apud
maximam erces.

Iidem eos.

^a Veget. i. cap. XXVIII. ^b Tac. i. II. Hist. ^c Luc.

Vix pa- Idem Restrictarii. amantque
tientia. [a] non iuberi, non regi, cunctaque ex
libidine agere:

In pu- Idque saepe [b] propinquum summe
gidi: gna fri- rei discrimine.
[c] sedi se agere:

Aut pa- Aut in ipsa etiam pugna, [d] si-
vidi. ne pudore flagitii, sine cura ducum,
abire fugere.

Quid mirum? [e] non fide, non
affectione tenentur,

Vt serio velint aut debeat, [f] do-
minatio ni aliena sanguinem commodare.

Ita que plerumque [g] plus ibi
minarum, quam periculi.

Civibus Adde, quod graves incolis, soliti
perni- [h] omnia tanquam externa aut ur-
ciosi: bres hostium, utere, vastare, rapere:

[i] Populatores terra, quam à po-
pulationibus vindicare debebant.

Graves Imo te ipsum ditipere. veræ [k]
erario. hirudines erarii:

Et quorum opera maxime, hodie
[l] Offa uides regum vacuu ex-
sulta medullu.

Magis At in Domestico & proprio mi-
fidi In- lite, melior mitior quereres est. [m]
teranei; qui non fortitudinem magis, quam si-
dem colit.

Cui

^a Tac. iv. Hist. b i. Hist. c iii. Hist. d i. An. e In
Agric. f ibid. g Liv. vi. h Tac. ii. Hist. i Curt.
ii. k Cic. i. ad Attic. l Iuv. Sat. vi. i. m Curt. x.

Cui [a] obsequium & patientia im- Ober-
peri longe præstantior, quam exteris.
dientes.

Ille idem acer in acie: [b] in pri- Acre in
ma fronte concurrens, & adversa pugna:
vulneribus peccora ferens, ne Impera-
toris suis signa vertantur.

[c] Est enim natura plerisque Reve-
populu urbibusque, consensu quidam rentia
protendit amandique reges. velamo-

[d] Quod nomen, gentes que sub re regū.
regibus sunt, pro Deo colunt.

Denique ille modestior, & reve- Aman-
retur ac suspicit [e] loca sedesque tiros
patrias. patriæ.

Vt ego omnivo præferendos cen-
seam [f] genites tibi milites, non
ascitos.

Nec illos tamen plane spernen- Merce-
dos, utique si maior vis aut necel- narii ta-
sitas ingratuat: per quam mitti sua- ceam ad finitimos, qui [g] auxilia men in-
mercede faciant. terdum

Sed auxilia, ut vites inquam & utiles:
robur exercitus è tuis sint, nec cor- Sed pau-
pus exteti faciant, sed membrū. [h] ciores.

Nam id cavendum semper prouidis-
ducibus, exemplaque vera pro docu-
mentis habenda, ne ita externis credat
auxiliis; ut non plus sui roboris sua-

rumque

^a Ibid. b Sen. i. De Clem. c Ib. d Curt. x. e Tac.
ii. Hist. f Curt. x. g Tac. vi. An. h Liv. xxv.

rumque propriæ virium in castris habent.

*Ubi multi, sepe de-
stituant, aut pro-
dunt.*

*Alioqui, vide ne serio, sed sero
plores: & siat illud vetus,*

*[a] Εἰς πάτοντες οἱ χαρακτήρες τῶν
ἀποπλεον.*

Decepit ipse vineam palus suam.

CAPUT X.

*Obiecta & reiecta ea, quæ contra Do-
mesticum militem dicuntur. Hunt
regum esse illum Tyrannorum.*

Obiectio **A** T enim, inquiet aliquis: [b] prior, à Gens gentem precedit in bello, & robore plaga cælinon tantum ad robur cor- naturali perorum, sed etiam animorum facit. **Ergo** melius, spretis Domesticis, Mercenarios conduci è pugnaci- aliquaque gente. Item: Regi à subditis periculum, si eos armat. [c] non in fide, non in officio manebunt.

Atque adeo aliquid fortasse [d] aduersus summi imperii maiestatem audebunt.

Hæc iactari vulgo & inseri auribus Principum scio: sed maligne profecto aut falso. Nam quod ad primum, vere illud dici non nego: sed hoc quoque vere. ex quavis Europæ nostræ parte (illi scribi- lam:

*a Aristoph. in Vespis. b Veget. I, cap. II. c Liv.
xxvii. d Ibidem.*

*mus) [a] si modo exercitati & pru-
dentes viri Dilectui præponantur, ce-
leriter manum bellis aptam posse ag-
gregari.*

*Viros enim ex ubique fert: [b] qui omni armorum disciplina vel ar-
te bellandi, veteres illos milites qui
erbem terra subegerunt, facile coa-
quabunt.*

Instituto modo adhibeat & Respon- Disciplina, de qua mox dicam. *fio ad* Iam quod ad Metum à subditis: *istam.* ille vero vanus. [c] Hac persuasio illorum fuit, qui hostilia cum face- rent, timebant.

A Tyrannis, inquam, hæc op. Tyranni- nio. [d] φοβέσθηκός γε ὁ ἀρχων ἀπ- exar- χόμενον, εἴ τι καὶ δύναται, εἴ τι πλέονται, εἴ τι μαντ, ιαγεῖται, εἴ τι ἀνδρεῖται, εἴ τι τὸ πατρεῖται σιους. ποιεινδον εἴναι τὰς γῆινες. Nam princeps subditos metuens, neque ho- nos eos, neque opulentos, neque fortes aut animosos, neque in universum bellicosos fieri, volens quidem unquam patietur.

At ea à nostro Principe abest: *Reges* cui bono, semper illi boni. [e] *fides* Obiciunt sc̄e mucronibus insidianantium, *habent,*

[f] Et sè suaque iactabunt, quo. & inve- cumq; desiderar erit imperanti salus, niunt.

S CAP.

*a Veget. II, cap. xviii. b Idem lib. II, cap. xviii.
c Plin. Paneg. d Plato viii, de Legib. e Sen. x.
De Clem. f Ibid.*

C A P . XI .

Qui legendi in milites? Duo genera facienda: Ordinarios & Subsidarios, atque utrigue seorsim descripsi.

ERGO Dilectus è tuis esto, sed, ut addidi, cū m iudicio: quod in his duobus pono, Quos & Quo modo legas. De priore ita censeo, duo genera Milicium scribenda: Ordinarios, & Subsidarios. Illos, QVI AD SIDVE ET VELVT EX MUNERE ATQUE ARTE MILITENT: Illos, QVI RARENTER, QVI QUE DOMI SINT ALIARVM RERVVM. Priores illos non aliud esse volo, quam legitimos quosdam perfecitosque milites, & ut ita dicam, vere Martis pullos, qui lesti in hanc unā spem, fortentur omni [a] armorum exercitis, disciplina castrorum, usque militie.

Qui si velut invicta quædam acies: & [b] ipsa plerumque fama bella prefigent.

Hi tales omnino Principi necessarii, [c] in pace decus, in bello presidium:

Non multi: Sed necessarii haud multi, non solum quia Sumptus vito (immensibilitate) si enim faciendi sint, in assiduum illum

* Veget. 1. cap. 1. & Tac. de Morib. Germ. c Ibid.

LIBER V.

275

illum frequent mque militum:) *Obcaus- sed quia Turbas.* Nam profecto sum du- ubi illi multi, facile [a] preniad plicem, res nova:

Tum ingenio suo, tum [b] ubi vires reflexere, securitate.

Arque eveniet, ut [c] contra mo- rem obsequii, contras fas discipline interdum vim meditentur.

Quibus rebus una cautio, si nec multi nimis sint: nec semper una. item, in Hoc volo, ut [d] extra bellū, centu- rias tantum sicut turnasque norerint, una ha- [e] Nam longi spatii udis reti exer- bendi. citus, quod saluberrimum est ad con- tinendam militarem fidem, nec vitius viribus miscentur.

Sed quo numero Ordinarii isti Quam igitur? Aegre certum aliquem de- multi, finiam (pendet saepè à temporibus nostros, tam à magnitudine cuiusque iudicio, regni:) tamen communiter ejus tra- legendi.

20. u. e.g. sic præscribo. In mediocri- aliquo regno, unam * Legionem satis esse, cum tribus equitū * Alis: in magno, alterum tantum. Nam Equitum numerum paullo gran- diorem, quā pro modo Peditem, hic esse volo, quia è Subsidariis, Pedites facile expreas, & bonos re-

* Plenam intel- go, sex millium. * Plenis item, equitum quadri- genitorū.

S 2 periat:

* 1. Hist. & Ibid. c 1. Ann. d 1. Hist. e Ibid.

confiat armis erudire suos, quam alie-
nos mercede conducere.

Quod exteri illi in itu & reditu Para-
consumunt, hoc si in armatis tiores
istis impendis & exercendas: ege- exteris.
giam habes, & ad manum tibi
semper militarem manum. Nam
illi longinque accerlendi, & cum
dispendio saepe exspectandi sunt:
hi in tua sede, uno edicto evocan-
tur & adsunt. Vnde eos parabis? è E pagi
pagis. Nam opida hic fugio, caus- parandi
sa dupli, primum, quia omnino
melior ad arma rustica plebs, ut
* mox dicam: deinde, quia secu- * Cap.
ritati etiam Principis consulo & seq.
quieti. Nam ab armis ferociorem Urbani
& magis exultantem populum prouincias
non est negandum, quæ si motus:
opidanis passim adtribuis, vereor
ne locis & mœnibus freti [a] re- Fiducia
bellionem fortasse cæptent. loco-

Ut solent homines, [b] Odio pre- rum,
sentium, & cupidine mutationis: Et suo-
Atque ita [c] patefieri occasio nio.
etiam adversum te posse.

Qui metus longè à Paganis, tum Non itē
quia natura mitiores; tū quia va- isti.
rie sparsi & diducti, non temere
consentiant & coēant in unū. Nec
S 3 enim

276 CIVILIS DOCTR.

*E*quites perias: at in Equite aliter est. in
hic in- quo tractu & mora opus, ut [a]
primis exerceas & docendum cures equo, ar-
cero. misque.

*S*ubsi- Ordinatii isti sunt. At Svb-
diariorū DIARIIS etiam opus ut te firmes:
descri- quoniam palam est, exigua illam
ptio, & manum non esse ad omnem vim
ut usus. hostilē. Hos non aliud esse volo,
quam paratas semper Auxiliarii
aliquas copias, fine dupli: sive
ut prioribus illis in cie iungas,
sive ut in præsidia distribuas opi-
dotum. Qui hoc ab Ordinariis
differunt, quod illi quidem toto
genere vitæ milites sint, [b] & tan-
tum in usum præliorum sepositi, velut
tela atque arma, bello referuntur:

Isti, dum taxat [c] iuventus sueta
armis, & more militia exercita.

In pace, Qui extra bellum tempus, [d] in
sibi vi- artes vitasque varias d'sparati,

In bello, Res suas agunt: per bellum evo-
cantur, & eandem aut similem
beliant. operam tibi, quam Mercenarii,
præstant. Sed hoc meliorem: quod

Olnoxii non solum [e] reverentius &
sunt. aequalius duci parebunt,
Damno- Sed etiam minus impendiosi tibi
si non erunt. quoniam omnino [f] vilius
sunt. con-

a Liv. xxvii. *b* Tac. de Morib. Germ. *c* I. Hist.
d Sallust. ad Ces. *e* Tac. I. Histor. *f* Veget. I.

a Tac. I. Ann. *b* Ibid., *c* I. Histor.

enim alia in Subsidiariis mea
mens: quam ut per pagos vicosque
singulos, quini, deni, viceni (ut
frequentia aut infrequentia inco-
latum erit) descripti instructique
habentur: iudeumque in centuria
& cohortes suas tunc denique
conveniant, cum erit bellus. Quo
grandi aliquo numero esse quid-
ni suadeam? Nam revera hoc il-
lud est, [a] Bellum parare simul &
arario parcere.

Si triginta aut quadraginta mil-
lenarias cohortes (ita dividam,
non in legiones) existis legas, uti-
le censem: imo si plures, sed Pedi-
tum tantum. Nam Alas rusticis
non attribuo: & melius, ut in
Nobilitatem & in [b] dites hec a
dites ve- pauperibus onera inclines.

Plura, & tenuiore filo, de utili-
sumare in Notis.

CAPUT XII.

Vere cum Dilectu utrigue capiendi-
& Note quinque ordne posite,
germanæ in milite virtutis.

Pars
præci-
pua Di-
lettus, Quod eligas, dixi: pars altera lu-
Excer- dicii supereft, Quomodo. Nec
ptio &
iudicij. enim passim profecto aut temere
oblati adsumēdi: sed [c] castra quo-
gue

^a Sallust, lugurth. ^b Liv. i. ^c Sen. Epist.

L I B E R V. 279
gue, quos ad laborem & periculum
accipiunt, fastidiose legunt.

Quid initū: [a] Vires regni, & Ro-
mani nominis (ait ille) fundamen-
tum, in prima Dilectorum examina-
tione consistunt.

Quo iragis hæc pars tibi cum
erat habenda. & [b] cum confest,
in omnibus locis, & ignoravos & stre-
nuos nasci:

Illi setia inquisitione reisciendi,
hi capiendi sunt: si forte quidem
toilitiam vis & felicem. Boni au-
tem robustique militis certa indi-
ta certa
cacia & velut Notæ sunt, ad quas *militaris*
non fallaciter eum legas. Quas fa-
viri.
cio quinque: Patriam, Etatem,
Corpus, Animum, Vitam.

Nomine PATRIAE intellegi pa-
lam est locum, ubi quis natus aut *Patria*.
educatus. quem haud temere in
Dilectu consideres: quoniam pro-
fecto [c] locorum asperitas hominum
quoque ingenia durat.

[d] Fortior miles è confragoso ve- Vrbicola
nit: signor est, urbanus & verna. nō boni:
Itaque in utravis militia hunc
sperno. [e] Nam vernacula illa Troca-
multitudo, lascivia sueta, latorum ces,
intolerans:

S 4 Met-

^a Veget. i. cap. vii. ^b Cap. ii. ^c Curt. viii.
^d Sen. Epist. ^e Tacit. i. Ansal.

Molles.

Mercurio addicta, qui effemini-
nat, semperque homines, [a] quanto pecunia dites & voluptatibus
opulent, tanto magis imbelles.

[b] Ex agris ergo, nostro iudicio,
supplendum robur precipue videtur
exercitus.

Catonis oraculum audio: [c]
Ex agricoliis & viri fortissimi, & mi-
litiae strenuissimae dignuntur.

Et usū constat [d] apriorem ar-
mis rusticam plebem, quæ sub diu &
in laboribus enuitur.

Quæ assuevit [e] biemē & asta-
tem iuxta pati, humi requiescere, cōde
tempore inopiam & laborem tolerare.

[f] Minimeque ad eos mercato-
res sepe comeant, atque ea que ad
effeaminandos animos pertinent, im-
portant.

[g] Talibus viris, non labor insō-
litus, non locus ullus asper aut ar-
duus erit, non armatus hosti firmi-
dolosus.

[h] Nescio enim quomodo minus
mortem timet, qui minus deliciarum
novit in vita.

Sine de-
liciis.
Optimi
etiam ex Itaque ex iis leges, sed hos maxi-
mistas, fil. me, qui [i] saltuosos locos incolentes,
duri-

duritia patientiaeque magis insuvere. vestres

Aut si qui Seotemiriones & mare & mon-
versus, [a] ipso terre sua solo & cœ- tauri:
lo acris animantur.

Aut ad

AT. Not altera ATATIS est. in mare
quo, [a] si antiqua consuetudo ser. horri-
vanda est, incipientem pubertatem ad dum.
Dilectiū cogendam nullus ignorat. 11.

Quod vult etiam ipsa ratio. [c] ATUS.
Nec enim tantum celerius, sed etiam Iuvenes
perfectius imbibuntur, quæ discuntur legendi.
apueris.

Legi igitur eos suadeam, ex Ro-
mana regula, ab anno XVII. aut
paullum supra. Nam ictos grandes Seniores
& veteranos si misces, una etiam haud
vetera vitia: ut sunt propria [d] apti.
huius seculi mala, inherita & contu-
macia, & designatio parenti.

Ego sane in Dilecta [e] non tam
veteranos intuendos nobis arbitror,

Quam eos qui possint aliquan-
do esse boni veterani. [f] Neque
enim longitudo etatis, aut anno-
rum numerus artem bellicam tra-
dit, sed continua exercitationis me-
ditatio.

[g] Facilius autem est ad virtutem
instruere nos milites, quam revoca-
re prateritos.

S 5 Nota

^a ill. An. ^b Vege..I.cap.III. ^c I. De Rust.
cap.I. ^d Vege..I.cap.III. ^e Sal. fugurth. f Cax.
I. de Bel. Gal. ^g Sallust. Catil. h Vege..I.c.III.
i Tac. vi. Au.

^a De Morib. Germ. ^b Veget. I. cap. IV. ^c Ibid.
^d Plin. Paneg. ^e Cicer. Phil. ^f Veget. II. cap.
XXXIII. ^g Idem III. cap. x.

Corpus. Nota tertia, CORPVS, quod granum & praelongum placuisse non nullis video: ut C. Mario, qui tironem exegit [a] ita ut senos pedes, vel certe guinos, & denuo uncias haberet: Grande Ut regi Pyrrho, qui [b] Dilectori guidam suo fertur dixisse, Tu grandes elige, probant, ego eos fortes reddam.

Nec temere à viris magnis abeo: tamen, me iudice, [c] non tam sta- ture rati: nem habere conuenit, quam virium.

[d] Ut iliusque est fortes milites esse, quam grandes.

Nos me- dicere. Placeat mihi illa [e] media mi- litaris statura.

Sic tamen [f] ut ex vulnus, ex oculu, ex omni conformatione mem- brorum eos eligui.

Quod siccum Nempe quibus sunt [g] dura corpora, strixi artus, minax vultus, maior animi vigor.

vegetumque porius, [h] Strilla, inquam, corpora, nec quam fluxa carne distentos.

fluidum. [i] Vilectas enim est, que percepto exercitio strenuum efficit bellatorem:

A qua nimittim magna illa & [k] fluxa corpora aliena.

Nota

^a Veget. I. cap. v. ^b Frontin. IV. Stratag. cap. I. ^c Veget. I. cap. V. ^d Idem cap. V. ^e Liv. VI. ^f Veget. I. cap. VI. ^g Tac. de Morib. Germ. ^h Ve- get. I. cap. VI. ⁱ Idem I. cap. IV. ^k Tac. II. Hist.

Nota quarta ANIMI. Nam [a] IV. hoc est, in quo totius reip. salus verti- tur (ait in literis scriptor) ut tiro- nes non tantum corporibus, sed etiam animis praestantissimi diligantur.

[b] Animus acer & presens, & acutus idem atque versutus, invictos viros efficit.

Sint igitur eligendi, Audaces; [c] Auda- bantque confidentiam militarem.

[d] Quibus sudor, pulvis, & alia bi- talia, epuruncundura sint

[e] --- Quos ille timor Fati sui

Maximus haud irget lethi metus, securi- inde ruendi

In ferrum mens pronavirū, ani- maque capaces

Mortu.

Ad summara, qui [f] nibil me- tuant nisi usque famam.

Gloria avili.

Nā hanc sane volo timeant, vere Vere- scriptor Grecus: [g] Οἱ δὲ λότοι τοι cundi.

mode τῶν νύμερ. Στρατηγίαι τοις τοῖς πολεμιστοῖς, τὸ παθεῖν τοις

δεσμοῖς, οἱ μάτια σεβεῖσθαι τὸ

εργατεῖν. Qui legum metuen- tissimi, idem in hostes audacissimi; &

pati quidvis minime verentur, qui male audire maxime verentur.

[a] Ho-

^a Veget. I. cap. VII. ^b Cic. I. de Orat. ^c Veget. I. cap. VIII. ^d Sallust, Iugurth. ^e Lucan. I. ^f Sallust, Iugurth. ^g Plut. in Agi & Cleom.

[a] Honestas enim idoneum militem reddit: verecundia, dum prohibet fugere, facit esse viatorum.

Vita.
Molliti
artium
cultores,
mal:
Seden-
tariori,
mali:
Viles aut
infames,
mali.
Et castra adeo non casta, ut [e]
quidquid usquam corrumpi & cor-
rumpere queat, in illu visatur.

Vita.
Ultima Nota VITAE. id est, quo
genere quæstus aut artis sese su-
stentent. Nam ad mollitatem aut du-
ritatem, ignaviam aut ferociam,
haud leviter hoc facit. Ego [b] pi-
scatores, aucupes, dulciarios, linteones,
omnesque qui aliquid trahasse vide-
buntur ad gynæcæ pertinens, longe
arbitror repellendos a castris.

[c] Quinetiam opificum vulgus
& sellulari, minime militia idoneum
genus.

Sed nec servi olim admissi, aut
damnati iudiciis: qui que genere
mali, aut vita infames, aliter quam
nunc, cum [d] tales sociantur ar-
mis, quales domini habere fastidiant.

Idonei
ad Dilec-
tum
admo-
vendi.
[g] Sed à magnis viris, magna dili-
gentia idoneos eligi cures iuniores.

Alte-

^a Veget. i. cap. vii. ^b Ibid. ^c Liv. iii. ^d Veget.
^e cap. viii. ^f Tac. xv. Ann. ^g Veget. i. cap. viii.
Ibid.

Alterum, ut idem idem reperias.
Quia enim morbo, fuga, missione, Isque
numeris imminuitur: [a] nisi iteran-
anni: singuli, imo singulus pene men-
sibus, in decadentium locum iuniorum
turba succedat, quamvis copiosiss ex-
haurietur exercitus.

CAPT XIII.
De Disciplina vera & severa di-
ctum. Ea laudata, partes eius
(idque docendi causa) quatuor
factæ. Singula explicatæ.

SED [b] venio nunc ad precipuum Discipli-
næ & stabilimentum imperii, nautili-
nacij sumum vinculum:

[c] Ex cuius sinu omnes triumphi
manarunt.

De qua verissime Imperator ille Ac ne-
ad milites: [d] Disciplina maiorum cœpit: ^{cepsit:}
remp. tenet. que si dilabatur, & no-
men Romanum & imperium amitte-
mus.

Nam sine ea quid Dilectus? ille
saltem qui possint esse boni mili-
ties, inventi; sed hæc, facit tales &
servat. [e] Paucos viros fortes na-
tura procreat, bona institutione plu-
res reddit industria,

At ea tamen hodie non dicā lan- ^{Nimis}
gact apud nos, sed obiit; neg; ma- neglecta
la, sed hodie.

^a Idem iii. cap. iii. ^b Val. ii. cap. vii. ^c Ibid.
^d Alex. Sever. apud Lamp. ^e Veget. iii. c. xxvi.

286 CIVILIS DOCTR.
la, sed nulla est. Ut omnino, si re-
ducere & insinuare eam volumus;
[a] de historiis vel libris, nobis anti-
qua consuetudo repetenda sit:

Repetē. Et maxime Romanorum. Quis
da à *Io* enim populus melius aut firmius
manus. eam coluit? Imo [b] Disciplinaca-
strorum ant' quior fuit parentibus Ro-
manu, quam car. u. liberorum.

*Qui se-
liassime
ea usi.* Magno quidem cum fructu,
quoniam, si iaspicimus, ea sola [c]
acriter retenta Principatum terra-
rum Romano imperio peperit.

*Quia ipsa de cauilla, tu animose
Princeps, & omnibus imperii nervis
ad revocandam pristine disciplinam
militie debes committi:*

*Me, pro virtibus, adiuvante &
Discipi- preeunte. Appello autem Disciplina-
prio Di- pnam, SEVERAM CONFORMATIO-
scipline. NEM MILITIS AD ROBUR ET
VIRTUTEM.*

*Eius
partes.* Partes eius sive munia (ut que
varie sparsa sunt, in doctrinae
quendam gyrum redigam) facio
quattuor: Exercitum, Ordinem,
Coercitionem, Exempla. Priora
duas ad ROBUR spectant maxime;
Exerci tertia ad VIRTUTEM, quarta ad
tum. utruque. Per EXERCITIVM, in-
telle-

a cap. i. x. *b* Ic. L. XIX. *De Capt.* *c* Val. i. i.
cap. l. ix. *d* Ibid.

L I B R E R V . 287
tellego, ut electum militem assi-
due ad Arma conducefas & ad
Opus. I:sum nomen ita suaderet.
nam [a] Exercitus dicitur, quod me-
lier fit exercitando.

Ipsa res & ratio. Cum enim ad Quod in
omnes artes perficiendas usu ali- emni re
valet: q. o & exercitio opus sit: cui id in
ista militari neglegamus, [b] sine Etiam
qua alia artes esse non possunt?

Dat Callistus solebat dicere: [c] Mi- serum esse, cum exerceantur athlete, usum
venatores, & gladiatores, non exerce- armorū.
rī militēs, quibus minor esset futurus
labor, si consuetus esset.

Dat vi- Imo & felicior labor. Nam [d] Dat vi-
in omni prelio, non tam multiui. Horiam.
do & virtus indolta, quam ars &
exercitium solent prestare villo-
riam.

Ergo tu curabis, ut [e] sive Le-
gio, sive Auxilia fuerint, exerceantur
aſidue.

Quomodo? Primum [f] tiro. Exercē-
nibus, per cottidiana exercitia, Ar- di Ar-
morum est demonstranda doctrina. mī mi-

Idque exemplo veteri, à [g] lites:
Campidoctoribus.

[a] Ut Missile, & destinatio illu-
& magnis viribus iacent:

[a] Ut

a Varro iv. de L. L. *b* Veget. i. i. in Pref. *c* Vul-
cat. in Avid. Calsio. *d* Veget. i. cap. i. *e* i. cap.
xxii. *f* i. cap. xix. *g* Veget. & alii, *b* i. cap. iv.

[a] Ut norint traditare scutum, & ob-
liquis illius vementia tela defletere:
Affue-
faciendi celeriter & equaliter discant:
ad ordi- Sic ut [c] ne locum deserant, ne
nem: ordines turbent.

Ad [d] Denique, ut quacumque even-
imagine nire in acie atq; praeliu posunt, omnia
omnem in campestri meditatione prenoscant.
pratio- Cui rei utile, eos interdū [e] inter-
rum. se, in modum iusta pugna concurrere:
Simula- Ac tuum præmū etiam aliquod
rapugnae proponi, [f] si, & in tunc rōtē,
bona: h̄tis exēgētis etiā invito: ut q̄ fīntū sti-
lū.

Cum xāis, n̄ ris dēesse op̄iātōr̄ x̄gi. &
premio- equestribus turmis, que equo optime
lo aliquo utentur; & Legionaris cohortibus, qua
strenuis. corpori decentissime gerent sub armis.

Exer- Hoc Armorum exercitium esto:
cendi sed addo & Operis, ut condiscat
etiam tiro assidue [g] Laborare, decurre-
re, portare pondus, & sōlem pulve-
Opere milites. remque ferre.

Quod Indurant hæc militem: & [h] corposa exercitus labore proficit, otio con-
firmat: senevit.

Et va- Sed usum quoque sepe habent,
a Cic. ad Att. vii. Ep. vii. *b* Agellius Noſ. Att. lib. ii. c. xii. *c* Sen. i. de Tranq. *d* i. de Tranq. *e* Cic. ad Att. iix. ep. i. *f* Idem pro Sextio.

378 CIVILIS DOCTR.
que in ea excellētius sē gerere studuit?

Posterior ei sententia tenenda;
& faciendū [a] quod pecudes, que
dispusse, sui generis sequuntur gregē.

Quis color aut ratio, cum trans-
quillis rebus ad clavum federis, ut
deseras abiiciasque eum, turbatis?
non potes. Huic generi hominum,
scimus [b] dignitati esse ser viendum,
reip. consulendum, officii rationem in
omni vita esse ducentam.

Misce te & iunge: sed cum hac
lege, ut apparet [c] Sapientum &
bonum civem initia belli civili invi-
tum suscipere, extrema non libenter
persequi.

Minus Consilia tua si ad pacem con-
claros & fert, si in ipso æstu belli, iræ ac vi-
quietae, & toris moderatis: övitum, ö ci-
quiesce. At parte altera, latet ali-
quis? & est ex eo genere qui [d]
missos fecerunt honores, nec rempubli-
cam attingunt?

Hic, me iudice, nec civile qui-
dem bellum attingat. Cur nunc se-
det in turbidum illud mate, qui
tranquillum non tentavit? Ille ve-
ro [e] neque tutius, neque honestius
reperiet quidquam, quam ab omni
contentione abesse.

[a] Eli-

^a Id, ad Att. vii. Ep. vii. ^b Id, pro Sextio. ^c Id.
ad Fam. iv. Ep. vii. ^d Id, pro Sextio. ^e Celsius
iis ad Att. x. Ep. vii.

[e] Eligat censeo aliquod opidum
vacuum à bello, dū haec decernuntur!

Sed cum ea item lege, ut [b] ne ^{Affecitu}
propensior ad turpem caussam vi-^{tamen à}
deatur. ^{bonis}

Animo saltem quis patriam non stare.
invent? Cape exemplum ab ipsa ^{Attici}
Modestia & Prudentia prole, Ti- ^{insigne}
to Attico, qui [c] ita in rep. est cœm-
versatus, ut semper optimum par ^{plum,}
tium & esset, & existimaretur: neque nobis
tamen se Civilibus fluctibus commit- ^{imitan-}
teret, quod eos non magis in sua pote- ^{dum.}
state existimabat esse, qui se hū dedi-
sent, quam qui maritimus iactaren-
tur.

Vir optime salve, & probande Cesaris
magno illi Cesari: qui [d] denun- ^{modera-}
tiante Pompeio, pro hostibus se habi- ^{tio,}
turum qui reip. defuerint: ipse melius Princi-
& neutrini partis, suorum sibi nume- ^{pibus}
ro futuros pronunciavit. ^{imitan-}

Hoc nostrum arbitrium est in te da.
litigiosa, in quo [e] facile intellego,
pugnandi cupidus hominibus me non.
satisfacere.

Sed iidem illi vitam meam co-
gitent: sciantque [f] consilia no-
stra pacis & togæ socia, non belli at-
que armorum esse.

C A

^a Celsius ad Cic. lib. x. ad Att. ^b Cic. ad Att. vii.
ep. xxv. ^c Nep. in eius vita. ^d Suet. Iul. c. Lxxv.
^e Cic. in iis ad Att. ix. Ep. xv. ^f Id pro Marcel.

*De Finiendo Civili bello. & Operis
mei finis.*

SED serio iam exsulto. & ut nau-

*[a] -- quando ex alto precul
Terram conspicunt,
ex animo lætantur : sic ego, qui
terram non aspicio, sed tango.
Breve saltem spatum interest, de
Civili bello Finiendo: quod una,
nec mutata velificatione decu-
ram. Finitur Civilis discordia du-
pliciter, Pactione aut Victoria. Il-
lendi lam eligo. & omnino melius [b]
civilis Sapientia id potius extingui, quam
motus. armis & ferro rem in discrimen ad.*

*Pactio ducere.
melior. [c] Mibi omnis Pax cum civibus
bello Civili utilior videtur.*

*Dies & Etiam temporaria & parum fir-
Tempus, ma. Nonne divulgisi animi interea
semper coalescunt? Errant, qui exacta hic
pro regi- omnia volunt & ad liquidū per-
bus. ducta. Acute simul & vere Curtius: [d] Nec fallebat Antipatrum
diffentire ab animis gratulantium
vultus: sed bellum finire cupienti opus
erat decipi.*

*Diutur- nū bel- Rex prudens sāpe [e] moram
lum iū magis quam bellum metuet.
noxium. Tamen*

a plaut. Mænech. *b* Cic. Philip. v. *c* Idē Philip.
d Lib. vi. *e* Liv. xxii.

Tamen pletisque placere video
Finiendi modum alterum: qui [a]
veram volunt & sine exceptione Vi-

ctoriam. *Quæ splendida sāpius, quam sa- Victoria
lutaris: nisi magna quadam pru- plena
dencia moderaris. Nam [b] ex vi- vix hic
ctoria cum multa mala, tum certe cōducit:
tyrannus exsuffit.*

*Tu cave, & callidum Mucia- Nisi con-
num hic audi.: [c] Initia bello. silio val-
rum Civilium Fortuna permitten- de regi-
da, Victoria consiliis & ratione per- tur.
Aucto-
fici.*

*Illa adhibe, & in primis semina res mo-
motuum tolle. Capita specie ho- tuum
noris aut muneris ablega, ut [d] tollendi:
nova cupientibus auferatur dux &
auctor.*

*Ipsos milites remove, quos [e] Instru-
spargi per provincias, & Extero menta
bello illigari, pars consilii pacisque remo-
fit. vendia.*

*[f] Sāpe bellum externum fit.
mam concordiam peperit.*

*Sed ante omnia Clementia ve- Leniter
stigiis tu adhære, neque audies cū aliis
[g] importunissima genera homi- agendū.
num, qui tot misérorum civium san-
guine satiari nequivabant.*

Qui

a Florus ii, cap. xix. *b* Cic. ad Att. vii, ep. v.
c Tac. iii, Hist. *d* Tac. xvi, An. *e* iii, Histor.
f v, Hist. *g* Sallust, ad Cat.

382 CIVILIS DOCTR.

Non audienda [a] Qui te ad crudelēs p̄nāas, aut acerba iudicīa invocant.

Sanguinariæ Scilicet ut ip̄sī [b] trahant, rāpiant, & tanquam urbe capta, libidi-
hirudi- ne ac licentia sua pro legib⁹ utan-
tūs.

Salutare consiliūm. Non, non : Brutus tibi doctor melior. cuius saluberrimum effi-
tum, [c] Acrius prohibenda esse bella Civilia, quam in superatosira-
cundiam exercendam.

[d] Indica à plerisque ignoratione potius, & falso atque inani metu, quam cupiditate aut crudelitate civile bellum esse suscepimus.

Ita restuas augebis; ita famam; & efficies [e] ut nec inimici quidem queri quidquam audeant, nisi de ma-
gnitudine tua.

Decus regum, [f] Nullum ornementum Principe, cip̄s fastigio dignius pulchriusque est, clementia quam illa corona OB CIVES SER-
VATOS.

CONCLVSI. SED ego hactenus, ô Princeps, que mibi utilissima fabri vi-
sa sunt, queque tibi uisi fore cre-
didi, quam paucissimis potui, per-
scripti:

[a] Nunc

[a] Nunc voto finiendum volu-
men est.

[b] Et socios, cives, ac Deum Eipro
ipsum precor. hunc, ut tibi a finem Principi
usque vita, quietam & INTELLE-
GENTEM HVMANI DIVINIQVE
IVRIS MENTEM duit: illos, ut
quandocumque conesseris, CVM
LAUDE ET BONIS RECORDATIO-
NIBVS, facta atque famam nominis
tui prosequantur.

ANNVS O REX REGVM.

a Vell. II. *b* Tac. IV. Ann.



a Ind. *b* Indid. *c* Cic. ad Brut. Ep. II. *d* Idem
pro Mareell. *e* Sal. ad Cæs. *f* Sen. I. de Clem.
g Sallust. ad Cæs.

IVSTI LIPSI
AD LIBROS
POLITICORVM
NOTÆ,
ET
DE VNA RELIGIONE
LIBER.

BIBLIOTHECA
UNIVERSITATIS

REVERENDO ET AMPLISSIMO
P RÆSVLI
IOHANNI SARACENO,
ABBATI VEDASTINO,
ET A CONSILIIS
STATVS BELGICI.

NOTAS quas vides,
& adiunctum De
una Religione li
brem, aucta hæc
varie aut innovata, tibi da
tum dicatumque imus, Am
plissime Præful: atq; intimo
meo voto, utinam maius
aliquid aut speciosius mu
nus! Certe merebas, & im
pense ego volebā. sed quid
est? aliud præ manu nunc
non erat, & differre diutius
professionē huius æris alic
ni, pudor meus & ingenuus
animus recusabant. Tu ille
es, cuius beneficia à qua-

driennio iā in me summa: qui advenientem in amicitiam tuam admissisti , aut potius advocasti ; fontem benignitatis tuæ ultro rese- rasti ; & vere fontem : ita largiter & perenniter in me existit. Nec in me tantum. publica & testata beneficia tua sunt in omnes , quibus commendatio aut insigne aliquod est Religionis, Vir- tutis, aut Doctrinæ. Enim- vero sacra si intuear , quis magis ea defendit, ornavit, ampliavit? Aræ & templa vetera instaurata , aut nova instituta , cui operis sunt; tui, religiosorum cœtus cor- recti, aucti, propagati; & uno verbo, omnes pietatis verae, id est, antiquæ , mystæ aut cultores , te habent decus, subsidium , portum. Quid alia virtutes? simile. & cum nulla in re minus ratio con- stare

stare tibi videatur quam in donando , mira prudentia domestica tua aut parcimo- nia sit, ut superfit semper quod dones. Nec ista in gra- tiā aut gloriam. Deo soli & usibus humanis imputas: & fructum beneficij unum censes, fecisse. Ut stellæ in cœlo lucent, hoc tantum ut luceant: sic tu natura & in- clinatione beneficus , sine alia affectatione aut aspe- ctu. O rarum mirumque vi- rum ! & in litteris magis hoc lubet diffundere, id est, in re nostra. Quis earum ti- tulum in Belgica sibi in- scriptis, & te Patronum non ascripsit? rarus: cum etiam eos qui colorem & speciem earum habent, iuves. De Nicolao Quinto , egregio inter Pontifices , fama te- nuit, cum sermo aliquando esset, de Musicis litteratis

que viris, & diceret quispiā
Poëtas aliquot bonos Roma esse.
Non credo, illum subiecisse:
cur enim ad me non veniant, qui
etiam malis pateo? Magni, sed
& candidi animi vox, qua
significabat, non compotes
solum optimarum artium,
sed & candidatos à se dili-
gi: & in iis demerendis mu-
nerandisque decipi se, et si
non deceptum. Excitabat
scilicet ita alios: & ad rem
magis invitabat, cū & spem
viderent honorari. Simile
in te est: & quisquis nomen
hoc litterarum haber, vela-
menta & infulas, ut sic di-
cam, præfert, quibus apud
te exoret. Ah uīnam in hac
& alia virtute tibi similes,
qui gradu similes! quorum
aliqui (plerique nolo dice-
re) in illa altitudine, nil nisi
alti sunt: & ut cupressi, cete-
ra steriles, præter speciem
nihil

nihil habent. At vero in te
laudanda etiam alia. hoc
imprimis, quod curas tuas à
singulis ad publica etiam
profers: & patriam consiliis
& prudentia opportune iu-
vas. En tenebras & confu-
sionem temporum; tempe-
statem in mari, in terra; bel-
la pro Religione, pro impe-
rio; dissidia cum veris ho-
stibus, cum civibus; & o-
mnia sic turbata aut despe-
rata, ut pars consilii censem-
tur, consiliis non se miscere.
Sed tu is obviam, & inquiete
aut subductione aliorū,
manum ad clavum porri-
gis: porrigis dico, sed advo-
catus. Ille, ille Rex post ho-
minum memoriam Optimus
Maximus, bona tua vi-
dit, cum te coram vidi: il-
lam dignitatem corporis,
eloquium oris, animi pru-
dentiam: & statim in san-

Eius illud consilium , quod rerum statusque vocant, adscivit. Quam iudicio hoc fecerit, iudicia omnium cōsentientiunt. qui te mirantur, ut Numam aliquē aut Lycurgum, sacris humanisque rebus, pacis bellique artibus, mixtum & idoneum : & in duplice munere, feliciter & industrie omnia , sic ut in uno aliis, obeuntem. Macte his virtutibus PRAESVL, & aliis, quas fileo : quia iam nunc gravari te sentio hos sermones, in quos nec me dedissem , nisi quia publice interest, aliquod virtutibus præmium , aut præconium saltem esse: & ne iis sit tantum ex conscientia merces. Tu. meum animum , quod præcipue volebam , vides. tuum nunc & postea; etiam tunc, credo, cum avulsus ab hoc corpore in æternis illis locis

locis erit. Quæso ut ita censes, & eius obnoxii addicte restes, ac velut obfides, hos libellos capias : si per se haud magni pretii, operi tamen adnexos , cui pretium aliquod Fama adhuc esse voluit, & spero vollet. Quod autem non perfecti uno tenore & protelo totum opus, non mea culpa aut ignavia est: sed valetudo interpellavit, tum & occupatiunculæ , quæ nimis sœpe distrahunt aut divellunt. Fiet alias , si ille vollet, qui super nos vult & protest : qui te AMPLISSIME PRAESVL, Religioni, Patriæ, nobis diu servet. Lovanii, postridie Natalem Domini-
cum. oo. Ic. xc.

IVSTI LIPSI

AD I. LIB.

POLITICORVM NOTÆ.

SVETONIVS IN AVGV.
STO, CAP. LXXXIX.

IN evolvendis utriusque lingua au-
toribus, nihil eque sibi abatur, quam
Præcepta & Exempla, publice vel
privatum salubria: eaque ad verbum
excerpta, vel addomesticos, vel ad
provinciarum exercituumque refor-
mers, vel ad urbem magistratus plerum-
que miscebat: prout quisque monito-
rio indigeret.

IVSTI

POLITICORVM LIBRI.] Ita in. Detitu-
scripti, ne perperam. Nam et si lo libro
proprie de Principatu agimus, & rum.
eius instruclio mihi scopus: ram-
men & librorum prior pars velut
commune & generalior ad quamque
Rempubl. est: & pasim præcepta ad
omnem Civilem vitam.

Sive Civilis doctrina.] Reclita
licet vertere: imo Politicen ipsam
Civilitatem Apuleius reddidit, de
Philosophia: & Seneca Civilem eius
partem dixit.

IN C AP VT I.

Præloquium.

Veterū monitis, imo & verbis.] PAG. 29.
Ita fecimus. Lapidès & ligna ab aliis
accipio: adiçit tamen exstrullio &
forma, tota nostra. Architectus ego Ferma-
sum, sed materiam varie undiq; cen- scriptio-
duci. Nec aranearum sene textus ideo nū,
melior, quia ex se fila gignunt: nec
noſter vilior, quia ex alienis libamus,
ut apes.

Duos Rectores, Prudentiam &
Virtut-

Fulcrum etiam fulcra:
bina finis quibus laudabilis & firma Respu-
blica nulla unquam fuit, nulla erit.
Tetigerunt utrumque alii: sed si ne-
minem distinxerit aut plene praecepit id
amplexum dixerim, libera magis vox
erit quam superba.

I N C A P V T II.

De Deo.

PAG. 31. R ECTVS de Deo sensus, in Deo
cultus.] Ita Pietatem definimus.
& hac duo sane precipua eius mune-
Pietatis ra sive partes, Nostre supremum illud
duo mē- numen, & Venerari. Lastantius: [a] Omnis sapientia hominis in hoc
bra. uno est, ut Deum cognoscat & colat. A Seni tamen veniendum est ad
cultum. Idem: [b] Sapientia prece-
dit, Religio sequitur: quia prius est
Deum scire, consequens colere.

Ita appello Summi illud.] Heu
Deipro- miseriā! adeo à cognitione Summi
priūm illius remotissimus, ut ignoremus &
nomen. Ipse increpat: [c] Cur queris
ignora- nō meum, quod est Mirabile?
mūs: [d] Et Damascenus. τὸ δέ τοι ἀντα-
τάλλετον πάρτιον οὐ ἀνόρυπον οὐτί.
Comprehendi omnino divinum
illud non potest, neque nomina-
ti. Etsi nos tamen nomina ab anti-
quo habemus, & quadimiremur, ple-
reque

^a Lib. iii. Inst. cap. xxx. ^b Lib. i. v. cap. iv. ^c Lib.
Epidicūm cap. xiiii. ^d i. De Fide, cap. xiii.

reque gentes quadrilittera. Sed cum Quod ei
eodem Damasco sentio, nullum no- conveni-
men aptius Deo tribui, ^f iustis. Causa. entifi-
δον γη ἐντο συλλογὴν ἔχει τὸ μυθοῦ
ἔδι, οὐ πολλαχοὶ εἰσις ἀπειχεν καὶ
ἀδεξεν. Universum enim illud
Est complectens in se ipse haberet,
quasi mare quoddam infinitum
& immensum. Pulcherrime Her-
mes: [a] Εἴσιν αὐτὸς καὶ τὰ ὄντα, καὶ
τὰ μὴ ὄντα. Ipse est, & quæ sunt, Deus est
& quæ non sunt. Quo sensu addit. qui est,
τὰ μὴ γόντα εἰφριέσσος, τὰ δὲ μὴ & quod
ὄντα ἔχει εἰστῶ. Nam & quæ est.
sunt, aperuit; & quæ non sunt, ha-
bet in se ipse. Ille scilicet est (Egyptiorum templi ritè inscriptum) τὸ
γεννόδειον, καὶ εἰσθμενον quod fuit,
quod est, quod erit, [b] ille, ut
Apostolus ait, ex quo omnia, per
quem omnia, in quo omnia. Hac Dimisio
talia nec impie nec inscite dici possunt: animi
sed quanto augstior & Deo dignior hic tu-
illa confessio! [c] Αὐτὸν εκλάληπε, ἀρρή-
τος, σπωτὴ φωνὴ μῆτρος ineffabilis, nō
dicendus, silentio exprimendus.

Mentē solutam quamdā.] Men- PAG. 32.
tem, sed mente subtiliore. Hermes illo Deus
vere Ter-maximus in hū divinitus: [d] mente
τὸν μὲν τὸ λεπτομερέστερον, ἀντί, purior.
ἀερος ἡ, ψυχῆς. Ψυχῆς ἡ, γένεσις ἡ, ὁ
δός.

^a Peemand. cap. v. ^b Ad Rom. xi. ^c Hermes
Peemand. cap. i. ^d Peemand. cap. v.

Dicitur. Materia subtilior, aëre, aëre, anima, anima, mens, mente, ipse Deus.

Quo Præditam motu sempiterno.]
sensu Relle accipe: pro vita & actione
Deus in sempiterna. Aristoteles explicabit:
motu? [a] Θεος ἡ ἐνέργεια, ἀδιάτονος. τὸν δὲ
 θεόν αὐτὸν, ὥστε ἀνάγκη τῷ θεῷ

Vivit immortalitas, hoc autem est per-
 perpetua vita: ut necessum sit Divi-
 nitati motum perpetuum inesse.

Movet, Nam de alio motu, sane falsum. Ille
 non mo- omnia movet, immobilitas: omnia qua-
 vetur. tit, inconcussum. Hermes: [b] τὸν δὲ
 τὸ κυρίῳ φύσιν τὸ κεραυνόν κυρῖτιν),
 ἀλλ' εἰ εἰσπίπτει τὸ κυριοῦ ἔσματος.

Omne motum non in moto mo-
 vetur, sed in quiescente, & id
 quod movet, quiescit.

Pauca De Deo etiā vera dicere, pericu-
 de Deo losum.] Qui enim scis, an dicas ve-
 dicenda: ra? Circumulu infinitū & eternum
 Nec nisi illud, tu pusille, tu mortali. Atque
 in sacris hoc sensu, istud verum. Alias, non ne-
 tradita. go quin de Deo libere & vere dicta-
 mus, quia de seipso, id est, quia in sacris
 mysticisque libru refrantur.

Vitium Qui melius scitur, nesciendo.]
 animi. Hoc quoque pari cautione & sensu.
 in illum Curiosos tantum excludimus: quo-
 inquire- niam, ut ait Basilius, τὸ ψυχῆτυ con-
 re. pia

^a II. De Cœlo, cap. 111. ^b Pœmand. cap. 11.

μά θει, τὸ οὐρανὸν καὶ αἰθέρας ζη-
 τῶν αὐτὸν θεόν. Animi morbus est,
 male & superflue de Deo querere.

Quid autē queramus? Cœli aut sideris Et in-
 unius naturam plene nondum cepi. quistio-
 mus: & volumus cœli siderumq; au- ca vana.
 Ποτέ νοι, Vani, Vani! Poētari audiamus:
 [c] Θεὸν νέριζε, καὶ σίες, ζήτει
 ἃ μη.

Πλειαρχίας ἐδέντος τὸ ηγετεῖον Χριστοῦ.
 Deum esse credere, & colito, sed
 non querito.

Nam nil habebis aliud hic,
 quam querere.

Sed & Bias olim monuit: [d] οὐδὲ
 θεὸν λέγε, οὐ εἰσι. De diis hoc tan-
 tum dico, esse. Pius noster scriptor Venera-
 magis pie: [e] Deus religione intel- re, non
 ligendus est, pietate profitendus rimare.
 est: sensu vero persequendus non
 est, sed adorandus.

Effectus tamen eius] Omnino Deus in
 Dei opera & effectus noscenda, si vis effectus,
 ipsum. [d] Νος ὁρεῖται τῷ νοεῖσι. οὐ & ab ί
 θεῖς εἰ τῷ πνεύματι, ait Hermes. Ut sō- noscen-
 lem deficiētem non direndo, sed in dūs,
 aquis intuemur: sic Deum in operibus.

Affectus (si ita appellare fas.)] Affe-
 Merito dubito, imo non dubito. Nam fluvia
 revera affectiones nulle in perfecta illa li in
 simplicique natura, sed pure resipse. Deo.
 Da-

^a Philetas. ^b Laert., in eius vita. ^c Hilar. De
 Trin. ^d Cap. xi.

Damascenus: [a] ποιῶν τος τό θεῖον
ι.δ. δέοντα. Qualitatis Deus experts.

Itaque proprius non ille Sapiens, Bonus, Iustus: sed Sapientia, Bonitas, Iustitia. Hilarius: [d] Quidquid in Deo est, Deus est: totum quod in eo est, unum est. Et Augustinus: Quidquid ibi intellegi potest, substantia est. Nec Plato ignoravit: [c] Αὐτὸν τὸν αὐτὸν τὸν καλὸν, αὐτὸν τὸν αὐτὸν τὸν δόγματον, τὸν δόγματον. Ipsum aequalis, ipsum pulchrum, ipsum singulum, quod est id quod est.

Interest animis, & mediis cogitationibus intervenit.] Alter hoc imprimis mortales, vix peccatis. Hesiodus: Πάντα ίδεις Δίος ὁ φθελπός καὶ πάντας οὐκίτας.

Et Epictetus plane divinitus: [d] Οὐ ταν κλέπων τη τὰς θύεις, καὶ σκότος ἔνδον ποιῶντες, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν, οὐτι μόνοι εἶστε, οὐδὲ εἰστε. ἀλλ' οὐ δέος ἔνδον δέται, καὶ οὐ μέτερες διάμενον δέσται, καὶ τις τα τοις χειρίς φύλαξ, εἰς τὸ βλέπειν τὴ ποιεῖτε. Cum Ianuas adduxeritis, & tenebras intus feceritis, ne unquam in mentem veniat dicere, quod soli estis. non enim estis, sed Deus intus est; & Genius vester intus est. Quid autem opus iis lumine, ut videant quae agatis?

In te-
nebris
Deus.

OMNIA prospera coelentibus PAG.35.
Deos, adversa spernentibus.] Cum re-
Serio cogitare debet Princeps. Religio ligione
neglecta aut prolapsa, traxit semper resp fla-
rumpub. secum, & trahet. Vates ille ret, aut
haud vanus: cadit.

[a] Di multa neglecti dederunt
Hesperia mala luctuosæ.

[b] Et Lactantius afferit, Ideo mala
omnia rebus humanis corridente in-
gravescere, quia Deus mundi hu-
ijs effector & gubernator dereli-
ctus est: qui a lucpeptæ sunt, con-
tra quā fas est, impiæ religiones.

In quam naturæ vitio nos pro- Super-
ni.] Adeo verum est, ut in alia vita stitiosi
ducis videamus, in hoc rapi. Plutarcnos na-
chus haud iniuria deplorat [c] Η ἄγρα-
θεοπίλων ἀδένδρων, οὐγρών ἐχειρῶν,
ιδει καρποῦσιν αὐτῆς, ἀλλ' ἐπιφερομένη. Aut
τινων μηρεis διστοιχιμένων καὶ τοι impii.

Φοροῦται τοις ὀλιγωρίαις η δεινοὶ καὶ
αφεγόνοις humanam in firmita-
tem, metam terminumq; non ha-
bentem, nec sui potentem: sed ef-
ferentem se, modo in supersticio-
nem & vanitatē, modo in negle-
ctum rerum divinatum & contē-
platum. Argui, ut idem addit, in dī' θη-
C c λαζησ,

* De Fide. ^a De Trin. ^c In Phidone. ^d In
Differat, ab Arriano digest, lib. i. cap. xiv.

* Horat. ^b Lib. v. Inf. cap. viii. ^e In Camille.

In me-
diocri-
tate vir-
tus.

Pessima
**Impie-
tas:**

**Perni-
cies Re-
rumpu-
blicarii.**

**Super-
statio ef-
ficax ad
regendū**

**Vsurpa-
runt hoc
multi.**

λέρεια, καὶ τὸ μετέπειτα πάγον, ἀερίστη.
Religio, & ut nihil nimis, optimum : Si tamen peccandum est, fateor tutius meliusque peccari in hanc Superstitionis, quam illam Impietatis partem : [a] Νόσος δὲ μεσάλιον ψυχῆς, αἴθριον. ἔπειτα δοξά εἰς τάντα τὰ ιητά εἰπανολαζεῖ, καὶ ἀράγειν δένει. Magnus, magnus animi morbus est, Impietas : quoniam illum opinio & inclinatio ad omnia mala sequitur, boni autem nihil. Et si ne ea stante, nunquam Resp. statit.

Nulla res multitudinem efficaciarum, cuius regit, quam Supersticio.] Livius de Numa : [b] Omnium primum, tunc, ad multitudinem imperitum, efficacissimam, deorum metum iniiciendum erat. Et multitudinem dico, non hanc cogitare tantum aut mulierem, sed etiam illam accinctam & militarem, que, ut idem Curtius ait, [c] aliqui impotens, steva, mutabilis, ubi vana religione capta est, melius variibus quam ducibus suis paret.

Iraq; usi vel abusi hac saepe viri Principes ut P. ille Scipio, qui Iovem in Capitolio consulerebat : Q. Sertorius, qui cervam circumducerebat : C. Marius, qui Syram quamdam fatidicam, Martham : P. Sylla, qui in præliis præferre & ostendere

offentare solitus sigillum Apollinis, & exempla plura. Sed illud Caroli V I. Gallorum regis eximium : cuius res accisas valde reparavit hoc commen- tum. Virguncula fuit I. hanna Lotha- Virginis ringa, (a deo ne instincta, an humana Gallica- aliqua fraude subornata?) que pa- na en- lam ad Regem venit : & mira con- thusia- stantia asseruit divinitus se missam, mur, pellendis ē Gallia Anglis. Res relata sive do- ad consilium: suasa, diffusa. Regi ad- lus. mittere visum, & prudenter. Eius fa- ne opera, imo & dubius (nam arma gerebat, & virū prebat) Aurelia- num arcta obsidione liberatum, & plerique alia fortiter ac feliciter ge- sta. Ad extrellum tamen vacillavit vaticinii fides, cum Johanna capta ab Anglis & Rhodomagum ducta, igne exusta est ut præfigurare.

At tu fugi.] Ab omnibus superstitione arcenda, à Principe maxime, quem per de- altus scilicet erexitq; animus decet: decet su- at Superstitione & aniles persuasiun- perfistio, cule, ut cum poëta dicam,

[a] -- faciunt animos humiles
formidine divum,

Depressosq; premunt ad terram. Barbari
Et sane vilium sere aut barbarorum ad can- est Superstitione. Plutarchus : Εὐάλω- proni- τος εἰς φοιδαιούσις, εἴτε τὸ Ρω-

Ca ... Paeg-

Εαχνόν. Inclinant natura ad summae & perstitionē barbari. Quod idem cunctis ac sebi de feminis imbecillisque naturis, pueri. Deos à superstitione timeri.] Intellege, serviliter timeri Nam duo vi. Timor ei tui huic propria, Nimirum timor, Ncomes & mius cultus. Seneca: [a] Superstition, angor. error insanus est. amandos timeri quos colit, violat.

PAG. 36. Religentem oportet esse, religiosum nefas.] Mens prisco huic veritus fas-sui, religionem cum modo habendam, nus in ut omnia bona: que talia esse deversu finunt, si ille absit. Nam Religiosum veteri. prisci dicebant in vita, & cum copia quadam immodica, ut Mulierosum, Modesta Vinosum. Si autem alicui modus hic religio servandus, certe Principi: imo omni Principi bus qui in Rep. versantur. Nicephorus sōvenit.. Gregorius haud insiste. [c] τὸν δὲ μόνον προσέχεται γένον την καὶ θεῶν Σεωεια, ὅποι καὶ αὐτολόρις οὐδιατείλεται προστίκη. οἵτις καὶ μηδὲ περὶ καὶ πολιτικὸν θοκοντεῖ θεός, καὶ περὶ εἰδών μάτων πατρίων, ταῦτα λαοὺς οἴδημεν ιε τὰ βέτατα καὶ οὐλής επανεγέτεσθε. Nam qui in una Dei contemplatione mentem defigit, huic tali montes & speluncas convenient, at qui una cum virtute civiles etiam motes coniunxit, & notitia sibi paravit rerum variarum,

^a Epist. cxxiv. ^b Hist. i. i.

AD I. LIB. POLIT. 405
rum, ille vero populu ad optima & saluberrima ducere idoneusest.

Optimus animus, pulcherrimus Religio cultus.] Breviter hoc ipsum & acute in vita Laetantius: Religiosissimum est cultus, imitari. Etiam Hermes Egyptius: [a] Θρησκεία τῷ θεῷ μία δέ, μὴ δέ) ψευδόν. Unicus (certe precipuu) Dei cultus est, non esse malum. Possem hic quedam apposite & vere: sed Megaren sis ille Sapiens mihi in clamat, τοτε τέτων τὸν οὐδὲ φίλον. Moysen illum Egyptium.] Historiola, quam aspexi, amena & hodie utilis est. Tu, si libet, ab auctore eam pete.

IN CAPUT IV.

De Fato.

ET voce fata sequuntur.] Hae PAG. 37.
mente veteres Fata voluerunt Iovi Fatum, preste esse cum filio & tabulis, ad in Iovis scriberet eius dicta Latinus Pacatus. verbum.

[b] An ut illi maiestatis tux participi Deo feruntur auctore Fata cum tabulis: sic tri bi aliqua vis di. Veterum vina subservit, quæ quod dixeris involu scribat ac suggerat? [c] Et Marcia. cra. nus Capella Parcas, scribas lovis appellat, quod eius decreta in æreas tabulas referant. Ovidius aspexit:

--- cernes illuc molimine vasto

C C 3 EX

^a Lib. v. Inst. cap. x. ^b In Paneg. ad Theod. ^c Metam. xv.

Ex ære & solido rerum Tabularia ferro.

PAG.38. Voluntas à Fato immunit: Ipsi homines, tamen in parte.] A Deo enim sunt, ait Augustinus, [a] omnium potestates, quamvis ab illo non sint omnium voluntates. Ab uno & perpetuo illo bono, iure amovemus omnia mala. Tristitia. Nec ad fata: [b] A ñtū j̄ tu p̄v̄t̄ n̄ d̄r̄ ex mala, n̄d̄, b̄l̄ c̄iχ̄v̄ r̄c̄īz̄b̄l̄v̄. tuūt̄ n̄īs̄ à se, z̄b̄z̄ t̄r̄ w̄z̄n̄ t̄n̄ p̄n̄ z̄b̄z̄ p̄ā-impe- p̄t̄l̄r̄a, w̄z̄b̄ īs̄ t̄b̄ z̄b̄l̄k̄, n̄ p̄. litur. p̄os̄ t̄b̄ s̄w̄ḡt̄. & l̄: z̄t̄ īs̄ ō z̄b̄-k̄z̄b̄s̄ īp̄ōn̄ō, & p̄ t̄b̄ r̄p̄ōn̄ō p̄ōn̄-n̄s̄ z̄b̄z̄ n̄k̄, & t̄b̄ z̄b̄z̄īs̄ ō d̄īō. Ab ipso conditore nihil malum aut turpe esse existimandum est.

Hec enim sunt affectiones quædā adhærentes & concomitantes ipsā generationem, sicut ærugo æs, & fôrdes corpus. Atqui nec æruginem faber fecit, nec fôrdes auctor produxit, nec malitiam Deus.

PAG.39. Nullis consiliis vel auxiliis id Fatum vitemus.] Ammianus: [c] Nulla inevita- vis humana vel virtus invenisse- tile. umquam potuit, ut quod præsti- plit faralis ordo, non fiat.

Deus nō subest! Heu fatis superi certasse mino- res!] Ita Jupiter ipse apud alium poë- Fato. tam: [d] Me quoque fata regunt.

Et

^a Lib. I. de Civit. cap. v. ^b Cap. XIV. ^c lib. XIIII. ^d Ovid. IX. Metam. Lib. I.

Et Apollo Pythius apud Herodotum: Tl̄s̄ p̄t̄p̄ōd̄l̄w̄ p̄ōīl̄w̄ à d̄w̄z̄t̄á z̄b̄z̄x̄p̄ūz̄īs̄ n̄, d̄ē. Decretam sortem nec Deo quidem est effu- gere, impia sententia dictam, an ful- ta? Cur enim numen vincatur à Fa- to? numquam certant. Et nos ipsi cum Deum supra Fata esse dicimus, magis Stoicus contradicimus, quam aliquid pro re dicimus. Nam que hic compa- ratio? proinde est, ac si ambigam Ju- dexne super sententiam sit, an ipsa super illum. Sed mutare, inquit, Nec id Fata an Deus potest. Ab incepto: sci-tamen to eum nolle. & hoc satu. [a] Ordinat. nem fati æterna series regit, cuius hæc prima lex est, state decreto.

Consilia corruptim.] Quæ aut PAG.40. mala scilicet immittit, aut nec bona Cōnsilia fortunat. [b] Tūc z̄b̄z̄ d̄īās̄ è su- n̄f̄ra z̄b̄z̄s̄ w̄z̄ōn̄s̄ t̄w̄s̄ z̄b̄z̄ āv̄b̄ḡ. sibi Fati: p̄w̄b̄l̄b̄n̄ḡīs̄ t̄z̄ w̄z̄l̄n̄ḡs̄, p̄ō āp̄īat̄. t̄n̄ḡīs̄ āb̄t̄īs̄ z̄p̄āt̄z̄ t̄ō s̄p̄é̄s̄, z̄b̄z̄ ōf̄d̄f̄a t̄ūz̄z̄n̄p̄áta t̄n̄. & t̄b̄z̄ d̄z̄. z̄b̄z̄b̄s̄ ō z̄b̄l̄n̄f̄b̄ḡs̄. z̄t̄' ōv̄f̄ēs̄ ō ān̄d̄ēs̄, & l̄l̄z̄ t̄ā t̄ōf̄ā z̄b̄l̄b̄n̄-t̄ā w̄z̄b̄z̄ āt̄ōf̄ū t̄ēl̄b̄t̄ās̄ w̄z̄ēs̄, z̄b̄z̄ t̄ā z̄b̄z̄īs̄ n̄, ān̄d̄r̄īk̄āt̄ā w̄z̄ē-n̄p̄āt̄, ān̄d̄z̄ȳn̄ t̄ē n̄, m̄l̄. āīz̄ēz̄ & n̄p̄ās̄ x̄p̄t̄n̄). Nam ubi divi- na Providentia non commili- tat consiliis actionibusque homi-

C c 4 num,

^a Sen. II. Natural. Quæst. & Niceph. Greg. lib. VII.

num, malus iis exitus obvenit, & cogitationibus valde adversus. Nā tunc neque vir consultus, consulitus est; nec fortis, fortis, sed etiam sapientissima consilia insipientes desinunt, & generosa maxime ac fortia facta turpem & infamem exitum consequuntur. [a] Livius breviter, de Gallorum adventu ad Vrbem: Occidat animos Fortuna, ubi vim suam ingruentem frangi non vult. Sed & Demosthenes, cum Atbeniensēs suos videt consilio nihil facere, aperte clamat, vereri se pū nō dūcioris rā ἀγεγυρτα ἐλαύνι nequid divinum rebus se inferat & adhæreat; nempe hoc à fato.

Fata per causas accidit, etiam merito accidente videatur.] Lucani eadem mens:

[b] Hoc placet, ô superi, vobis cum vertere cuncta

Propositum, nostris erroribus addere crimen?

Et revera ī ordo causarum & even- tuum, ut etiam humana ratione non aliter cadere debuisse iudicemus. O mi- ra sapientia! qua res omnes ita dirigit

Trabit & flent, ut tamen ipsi illuc ivisse vi- nos sape deamur. Quid ergo? ad peccatum in- Deus in pellit Deus? non, non, sed ad lapsum, id
est,

^a Lib. v. ^b Lib. viii.

est, res & fortunis mutas; ab alto de- externa iicit, ab imo attollit; & hec talia ex mala. terna; sic ut nos ipsi consiliū factisque gradum nobū struamus ad fatalem il- lum lapsum, sive ascensum. Ut qui in Sed cum vincis à lictore ducitur, plerumque culpa sponte sit, trahendus tamen nisi eat: tamen ita hic.

Tibi quis hic fructus?] Fructum PAG. 41. unum & precipuum expressi. Patien- tie: licet alterum nunc addas, Scien- tiae. Vos qui in Regno aut Republica, sicut: ferri & volvi omnia sursum, de- In Fato orsum, [a] & nullius rei eodem confide- semper loco stare fortunam. randa

[b] Reginus fatis mortale genus: volubili- Nil sibi quisquam spondere po- tuit. Hodie

Firmum & stabile.

Atque ut noster ait, [c] rebus ēun- aliter. Etis inest quidam vultur orbis, ut quemadmodum temporum vices, ita & mortum vertantur: imo & Imperiorum. Greci floruerunt post hos Afri, post hos Romani, post hos Regna Scytha: & qui scio an non brevi nova infirma, aliquagens? Nam [d] fata maligna perpetua que in omnibus rebus lex est, ut a summum perducta, tur- sus ad infimum; velocius quidem quam ascenderunt, relabantur.

C c § [a] Sic

^a Sen. Consol. ad Helviam. ^b Sen. Octavia.

^c Tac. 111. An. ^d Sen. pater in Praef. Controv.

[a] --- Sic omnia verti

Cernimus, atque alias allumere
pondera gentes,
Concidere has.

Stare in fastigio Scythas sive Turcas
iam video. & stare. A multū annū
nulli eorum progressus: profello (ve-
re vaticinor) spellant casum. Hac
italia, quisquā rebus consilisque inte-
res, considera: & quantum humano
ingenio potest, praevide quo inclinent se
fata. & tu ad illa. Nam miser quid
deuergia

Fatorū
deuergia
vidēda.

pugnes? [b] καὶ γένεται τότε ἐδίδα-
σκετο μηγμάτων ἀπόπος, οὐτε τοι
μη Καραχαρίποις ἐξ ἡρακλεος δε-
ξιῶν, τύροις καὶ γῆν μηδαμονα μά-
χοις, καὶ αὖτις ποιησάσθαι τοῖς
καὶ δίκαιος εγένετο δραγμέας θη-
τηρίημψα ex ipsis factis homo dis-
cat, quæcumque cooperantem &
commilitantem non habet super-
nam dexteram, his terram & mare
& aërem adversari, tanquam fugi-
tivum aliquē Dei & Iustitiae vio-
latoře efficaciter persequentia.

Illuc
omnia
se dant,
occulto
causam
turpi-

At contra, qui Fatum vergit, alia et-
iam omnia: & velut viā illi muniunt
ignari aut iniuti. Cæsar ad Principa-
tum venire debet? Societate cum illo.
Pompeius cœat, & calide evebat iu-
xta se. Deicere postea vult? frustra.
causam dumtaxat armorū prebeat,

turpiter & imperite ex Italia fugiat,
aleam de summa re uno prælio iaciat
festinauter. Romanos imperare fatum
est? Annibal à Cannis Romam non
petat: Philippus fœdus sine effectu
cum illo ineat, & navis cum legatis
velut casu capiatur: ceteri item reges
qui viscant, & alii post alios vincantur,
[a] fatali omnium ignavia. Quid
de hodierno Europe statu cogitem, si-
leo. Sed Fatum quid tibi uis? quod te-
lum subito in me inuictu? Ecce nuncius,

* Obiit
PLANTINVM illum meum, quo
neminem ego, nemo me fidelius ama-
vit; illum pulcherrime aratu columnen,
& stili mei lucem; abiisse. Heu, heu,

xxix.

ego vivo & scribo?

IN CAPVT V.

De Conscientia.

POTEST contingere nocenti ut PAG.43.

lateat, latendi fides non potest.]

Imitatus est & argute extulit minor

Seneca:

[b] Scelus aliquatutum, nulla
secutum tulit.

IN CAPVT VI.

De Probitate.

ESSE, quam videri, probus ma- PAG.45.

[Elis.] Machiavellum ergo nemo au- Pura-
diat, qui simulat am necio quam vir- probitas,
tutem Principi induit, & scane ser- proba.
vien-

a Ovid. Metam. b In Hippol.

a Tacit. xv. Annal. b In Hippol.

vientem. O dogma ad Principis per-niciem pariter & subditorum!

PAG.46. Honestum ei vile est, cui corpus nimis carum est.] *Cato Censorius* in hanc sententiam: [a] Cultus magna cura tibi, magna virtutis incuria.

IN CAPUT VIII.

De Vtū.

PAG.51. QVISQVIS in re Civili intellegens habeti volet, opus ei Experientia.] *Multa & pulchra apud Phileosophum in loco vide, quem hic citavi.* Illud certum, intelligere te aliquid ex lectione vel auditu in rebus in Rep. Civilibus posse, atque etiam iudicare; targere aut tractare eas non posse, si-ne usū.

IN CAPUT IX.

De Memoria rerum.

PAG.52. PLVRA ad Prudentiam confert.] Si illa quidem res ad Prudentiam publicā privatamq; facit, facit Historia, quam Leoni futuro Principi, Basilius pater ī Princeps, egregie commendat, verbis qua merito adscribo:

*[b] Ιστορίας ἀρχαίας ἐξέρχεται μη
compendiōnē, ἐν αὐταῖς γάδε διεπομφεὶς αὐθό-
πος, ἀπὸ ἑταῖρος Σωκράτου εἰκόπτως, καὶ
laus, & μάρτυρος ἐκεῖγεται τὰς τοῦ σπουδεῖον
fructūs. Καὶ τὰς οὐ φαύλων μηκεῖας, τὰς
τοῦ βίου πολυβότες μηλαβολᾶς, οὐ το-*

έτι αὐτῷ φεγμάτων ἀναλαγῆς,
καὶ τὴν κόσμητο ἀστεῖον, καὶ τὸ τὸ ἡρ-
ῆγες διμελάπτωτον. Καὶ απλῶς εἰστεῖν,
παῦ φαύλων τὰς ἀμοιβῆς, ή τοῦ σπου-
δαῖον περίζεων τὰς ἀντιδοσίες ἢν
τὰς μὲν φύγεις, ήνα τὸ ἐκεῖθε δίκαιος
πεῖσχεν μηλάβης, τὰς δὲ μηκορθώσης,
ηνα τὸ ἐν τούτοις ἐπάθλων καταξι-
θῆς Per Historias veteres ire ne re-
cusa. Ibi enim reperties sine labore,
quæ alii cum labore collegerunt:
atque illinc hauries & honorum
virtutes, & improborum vitia:
vitæ humanæ varias mutationes,
& retū in ea conversiones: mundi
huius instabilitatem, & Imperio-
rum præcipites casus. Et, ut verbo
complectat, malorum facinorum
penas, & honorum præmia: quo-
rum illa fugies, ne in divinæ lu-
sticæ manus incidas; hæc ample-
teris, ut præmiis quæ ea comi-
tantur, potiaris. Hec Græci ille Basilius
Imperator, in libello quam Κεφάλαια Moni-
tora ex parte in inscripsit: probo, πιο, & τορια.
digno quem Principes legant.

Eadem ad Civilem hanc partem PAG.53.
utilissima.] Non tamen omnis Hi-
storia, ne erres. Ut aurum non quavis
terra gigante: sic nec hec promiscua,
Prudentiam Civili. Quæ illa igitur? Que
ea, quæ tres has Notas habet: Verita. Historia
sem, Explanationem, Iudicium. id est, Politico
que utilissim.

a Apud Ammian.lib.xvi. b Cap.lvi.

que legitima Historia est, & perser-
illa. Nec enim talē ego unquam
censero, cui trium horum aliquod
deest. Prima Nota, VERITAS est, ut
Vera sit: nempe res eventusque omnes puriter
& ex fide narrat, [a] nec quid-
quam (quo nimis forte inclinant
scribentium animi) haustum ex
vano velit. Olim & nūc rara vir-
tus: & à qua non affectu solum aut
affectu plerique abeunt, sed specie
etiam virtutis. Nam fidem in Prin-
cipē aucto statum censem, narrare ali-
quid non ex fide. [b] Acquit hæc fun-
damentum operis est: εἰ δὲ ἀνδραίαται
in hac ipsa re. Dionysius ἡρό-
γύνεος τηνοφιας & Veritas, princi-
piū prudentiæ simul & Sapien-
tiæ. Ut animanti oculos si eruas, re-
liquum corpus inutile reddas: sic Hi-
storiam, si ab ea hoc lumen. In falsa
& errante, quomodo non fallare sém-
per & erresp. talis firmiter numquam
te diriget, aut tuas actiones. Nota al-
tera EXPLANATIO est, ut rem facil-
itet non fideliter tantum narrat, sed
disponat etiam atque expounat. Quo-
modo, & quare, quidq; gestum sit, ad-
dat: [c] ut non modo causas even-
tusq; rerum, sed ratio etiam caus-
isq; noscanatur. Magna bēclaus &
Polybio iudice, ita nécessaria, ut usum

*Qua
plana
sit:*

non

a Liv. xxxi. *b* Prefat. Archæol. *c* Tac. I. Hist.

non habebat quæcumque ea caret [a]
I' sociis p̄d, inquit, εἰσὶ ἀφίλη τις καὶ
Διάτι, εἰ πόσ, εἰ Τίνος χάρη ἐπέρε-
χεν, εἰ τὸ περιθέν ποτε τε τὸ διάλογον
ἔχετο τέλος, τὸ καταλήπτον οὐ αὐ-
τοῦ, ἀλλομένη μὲν μέτρη ποτε γίγνε-
ται. Ab Historia si quis auferat,
Quare, Quomodo, Quo fine quid-
que sit actum, & an ex ratione
satis ceciderit; quidquid in ea re-
liqui, id ludicru magis erit, quam
doctrina. At Nota tertia, IVDI-
CIVM. ut discrimen lumengue rebus mixta
adhibeat: & hac proter, (sed breviter, iudicis.
& quasi aliud agens,) lac damnet.
[b] quid præcipuum munus An-
naliū rētor, ne virtutes blan-
turi; utque pravis dictis factisq; ex
postitate & infamia metus sit.
O pulchra ista pars! & quæ alliones
vitamque omnem format & dirigit, si
di iudicio tamen proficit adirecto. Nam
pravus aliquis aut imperitus, frustra
illuc se dabit: & cum suo tamen irrisu
magis, quā nostra nexa, quia vanitas
statim apparet. Ha sunt tres illæ No-
tae; quas in quacumq; Historiæ repe-
ries, Veteri sive Nova, scito purum Iudicis
probnumq; esse illic aurum. Scrutare. Histori-
æ scriptores aliquot tales tibi inge- nobis
ram? faciam: et si in hoc iudicio, iudi- probi-
cium

a Lib. i. i. *b* Tac. iii. Annal.

cium meum ipse in iudicium mitto.
Distinguam per Tempora & Gentes.
Inter Graecos veteres duo sunt mirifice mibi probi,

De Thucydide sententia nostra. THYCIDIDES: qui res nec multas nec magnas nimis scriptis, sed palmarum fortasse praripit omnibus qui multas & magnas Elocutiones tota gravis & brevis, densis sententiis, sanus iudicium: occulte ubique instruens, adiunctione vitaque dirigens, orationibus & excursibus pane divinus. Quem qui sepius legas, plus auferas: & numquam tamen dimittat te sine siti. Alter ab isto est.

De Polibio. POLYBIUS, qui multa & preclaralibris XL. composuit: sed pars plebraque, aut tota perit, aut mutilata ad nos venit, cum fraude generis humani. Ille iudicio & prudentia Thucydidis haud dispar, cura & stilo solutior, qui excedit, abrumpt, diffundit, & sape non tam narrat, quam ex professo docet. Sed recta & salutaria ubique eius monita: & quem ego hoc magis Principibus commendatum velim, quod anxia in eum inquisitione non opus, sed sensus suos aperit & revelat ipse. Nam Thucydides sape aetior & obscurior: eoque qui circa Principem magis, quam Principi aptius.

De Plutarcho. Inter Graecos medius PLUTARCHVS parvus est. qui non Historiam proprie, sed par-

AD I. LIB. POLIT. 417
ticulas Historias scripsit & ablegit, nullum virorum vitas. Sed dignus tamen si quis alius, Principe scriptor, qui iudicium mirifice format, & diffusa ac plana quadam scribendi via ad Virtutem ubique & Prudentiam ducit, sed ad illam magis: & nisi fallor, melior omnino quam acutior docttor.

XENOPHONTEM pretereo? abste. De Xe-
Sed laudatissimum ille Cyrus eius non nophon-
habet hic locum, quam magis ad te.
exemplum vita, quam ad fidem re-
rum scriptis. In reliqua Historia
(Graecanica inquam, aut Persica)
sanctuarium, & fidus, certe cir-
cumspicilius scriptor: è quo tamen
haurias magis Prudentiam hanc Ci-
vilem, quam ut ultro eam propinet.
Sententias quidem & dogmata raro
miscer. Sed iurit nos hic egregie via
alia: cum Thucydiderit adhuc laten-
tem, & in sua manu ut opprimere
(& candidam, & ab omni emulario-
ne vacuam mentem!) primus ipse
protulit & divulgavit.

Iam inter infimos quoque Graecos De Ni-
duo sunt, quos non contemno. Prior cera.
est NICETAS CHONIATES, qui res * Ab an-
Graecanici imperii scriptis, oris à * no Chri-
Iohanne Commeno Alexii F. ad urbē fiano
captam, five ad Balduinū Flandrum. vīl. u-
li parum adhuc vulgo notus fateor: que ad
annum
sed dignissimus notitia: purum re-
circiter
Dd. Numque ̄. cxx.

Humque ingenium, si aliud illo aeo.
Stilus eius operosus, poëtas & Home-
rum sepe resipiens: at res & narratio
ipsa, distincta, composita, sine vanita-
te, sine ineptiis, brevius quod satis sit, &
fida. Crebra apud eum & opportuna
monita: iudicia non libera solum, sed
sana. Ad summam, legitime vos Politici,
gratiam mibi aliquis pro iudicu-
habebit, certe debbit.

De Gre-
goria. Alter est, NICEPHORVS GREGO-
RAS, qui historiam & filium narratio-
ni eius exceptit, at non laudem. Scri-
psit enim ab urbe capta res, ad An-
dronici Paleologi posteriori mortem:
sed nequaquam pari castigatione aut
industria, & virtus plura traxit sui
avi. Superfluit, aut evagatur: & res
orationesque proprias miscit indeco-
re, imo inepit. Iudicia tamen eius cre-
bra, & plerumque recta: causa even-
tuum curiose posita: pietas inculcat a,
& multa opportune ad primam illam
causam relegata, id est, Deum. Sa-
ne Providentiam & fatum non alius
scriptor afferuit magis. Legendum cum
hoc nomine, tum etiam illo, quod
pleraque eius Historia ab aeo nostro
non diffidet: imo lites diffensusque in
Sacru reperies, haud dissimiles hodie-
nis.

De T 4-
cito. LATINI sequuntur, quorum agmen
CORNELIUS TACITVS mihi ducat.
Ante

AD I. LIB. POLIT. 419
Ante Livium? inquies. Non eloquen-
tia, aut alias virtutibus: sed iu quae
nunc consideramus, Prudentia, & Ju-
dicis notis. Quis illo verius narrat,
aut brevius? quis narrando magis doc-
et? In moribus quid est, quod non
tangat in affectibus, quod non reve-
let? Mirabil omnino scriptor, & que-
scro ho: ipsum agit, quod non agit.
Nec enim Historia solum est, sed ve-
lut hortus & seminarium precepto-
rum. Ut si qui vestes acu pingunt,
ingeniose gemmas inserunt, sine con-
fusione aut noxa formarum: sic iste
pasim Sententias, serie narrationis
nihil omissa aut lesa. Scaber tamen
quibusdam & obscuris videtur. suone
ritio, an ipsorum? Nam acute argu-
teque scripsisse fateor: & tales esse de-
bere, qui eum legent. Ideo Consiliarius
magis Principum, quam ipsis com-
mendo: qui habeant hunc Sapientie
simil & Prudentia verum ducem.

Altres est C. SALLVSTIVS, omni-
nō primus, si libros modo ciui habere-
mus. Sed Il storiarum corpus illud
totum perire: & ex hu pauculis, ad-
mirari eum magis libet, quam anxie
iudicare. illud video, Thurydissimi-
limum esse: & ideo que de illo dixi,
dixisse hic me puta.
Tertius est T LIVIVS, magnitudine De T.
guidē & maiestate operu ante omnes. LIVIO.
D d 2 Diff.

Diffusus ille & placidus, in concioniis maxime difseruit; & talis omnino qualiter Fabius descripsit. Patavinita ea obiecta ab Asinio: id est, n si fallor, sermonis quadam peregrinatas, nec tam in verbis quam stilo tanto. Nos quoque supinum eum alibi, aut frigidum, imo & taurōlopor agnoscimus: derivaturi libenter etiam in exscriptores hanc culpam. Iudicis sententiaque bonus est, et si non frequens, quid refert? pro ipso loquitur docetque copia tot eventuum & exemplorum.

Sequentur scriptores duo, velut proprii Principum, & aſidue iis in manus inque habendi. Q. CURTIUS: qui me iudice probus est legitimusque Historicus, si quisquam fuit. Mira in sermone eius facilitas, in narrationibus lepos, astriſtus idem, & profluent; ſubtilis, & clarus; ſine cura ulla accuratus. Verus in iudiciis, argutus in ſententiis, in orationibus ſupra quam dixerim facundus. Quod si varium magis argumentum habuiffet; fallor, aut varia Prudentia eximium magis ſpecimen prebuiffet. Sed Alexander, quid niſi bellis?

De C. CAESAR res suas ipſe digeffit: compofite ſane, & pari modeſtia ac libertate. In ſtilo ſunt que culpem, ſine eius & amen culpa: nam malā aliquam &

& alienam manum acceſſe, ſatius inhibuerit. Prudentiam non ē verbi eius hauriri, ſed ē factū: & maxime Militarem. Commentarii enim ſunt, & nihil pollicentur preter nudam ſimplieſque narrationem.

Inter media et atiſcriptores (prob de locis!) non est quem pro mediocri Historico laudem. Adeo labente império barbaries ſtatum & ſqualor omnia occuparunt: & ſiqui ſcripſerunt, ita fere ad vanam delapsi, [a] falſo vera, aut maiora vero, miſerunt. AMMIANVS tamen MAR. De AMCELLINVS fidei & iudicii ſatis clarus miiano. eſt, modo ſtili.

LAMBERTVM etiam SCHAFNA- De BYRGENSEM haud plane contemno, Lamb. Schaf- in rebus Germanicis:

Vt nec RODERICVM TOLETA- nabur- NVM, in Hispаниū. Vt ergo bonus, genſi. quantum potuit in tali avo. De Ro-

At patrum & noſtro avo viderur der. To- Historia ſe commo- iſſe. Scriptis eam letano. ante annos paulo minus centum PHILIPPI- De CO- LIPPVS COMINAEVS, ita laudabili- minao. ter, ut nihil verear componere eum cum quovis antiquorū. Incredibileſt quam ille omnia videat, penetret, ar- cana conſiliorum eruat, & ſubinde in- ſtruat nos ſalutaribus rariſque praece- Dd 3 ptib.

ptis. & id diffuse, Polybiano quodam exemplo. Quamquam revera Polybium aut tamē aliquem ille nec videt: & hoc quoque laudem eius auget, quod tanta præstítit, litterarū omnium rudi, solo usū rerum peritus, & naturali quadam iudicij bonitate. Itē tunc sciolī, & linguarum aliqua cognitiuncula vobis placete. At Princeps noster hunc ligito, & Enchiridū COMINAEVS illi esto. Dignus Alexandri omnibus hic Philippus.

De
Paullo
Æmi-
lio.

PAVLVM ÆMILIVM comitem huic do, qui in Galliis, & res quoque Gallicas scripsit, et si non Gallus. Ludovicus XII. decus hoc Italia abfultit, & vindicavit sibi. Ille, ut rem dicam, pene unus inter novos, veram & veterem Historiæ viam vidit, eamque firmo pece calcavit. Genus scribendi eius doctum, nervosum, pressum; ad subtilitatem & argutias inclinans, & relinques desigensque aliquid in animo serii lectoris. Sententias & dicta sepe miscit, paria antiquis. Rerum ipsarum scilicet scrutator, severus index: nec legi nostro avo, qui magis liber ab affetu. Dederus avi est, quod minus ille placeat, quasi pauci sint qui capiant hæc bona. In tantis tamē virtutibus etiam habet labecula, quod stilum parum neicit, & spargit dividiturque cum in minuta quedam membra. Hoc

cum

cum in omni serioſa oratione parum congruum, tum in Annalibum minime: quorū est, ut ille ait, tarda quadam & iners strūtura. [a] Deinde, quod in aequalis, alibi nimium anxius & caſigatus, ideoque subobſcurus; alibi (ſed rarenter) laxus & ſolutus. Vetus aſtitis etiam neſciō quid affectat in nominibus hominum, locorum, urbiuum immutandis, & in veterem formam redigendis: ſepe eruditæ, interdum vane, ſed, ut ego iudico, ſemper indecora. Quorsum Chartierius Gallorū Cancellarius, Quadrigarius mihi fit? Ille ipſe Cancellarius, dicitur Præfectus iuriſ, & ubique rex Tarraconensis, Castulonensis, Dux Geldubensis: qui nobis & maioribus fuerunt, Arragoniæ, Castilliæ, Geldtiæ? Talia infinita ſunt audacter & ambitioſe innovata, & cum fraude pariter ac cruce lectoris. In his, & paucis aliis ſi refingere leviter cum nobis fas (audio dicere) virum daremus ſupra omnem hanc novitiam, & ad priſcam laudem.

Sunt & avi nostri Historici duo, quos tangamus. FRANCISCVS GYLCIUS CIARDINVS. prudens peritusq; ſcriptor, & quia tales lectors ſuos facit. Iſi Guicciarder est & verax, ab affetibus immunitardino. ni; ſi tamen ab odio, quod retegere mihi non ſemel videtur in Ducem Vr-

De
Franc.
Guicciardino.

D d 4 bina-

binatem. Sententias bonas utilesque inserit, sed parum astriccas. Vitia duo propria huius aevi non effugit, Quod & iusto longior est, & Quod minusima queque narret, parum ex lege aut dignitate Historie: qua, ut Ammianus ait, [a] discurrere per negotiorum celsitudinem assurra, non humiliū minutias indagare causatum. Sed nec orationes eius sati vegeta milii, aut castigatae. languent sape, aut solute vagantur. Denique uno verbo, inter nosfras, summus est Historicus: inter veteres, mediocris.

De P.
Iovio.

PAVLVS IOVIVS multorum iudicia magis acerba, quam libera experitur. At riter valde in virum eunt. Ego de eo sic censeo. Stilo bonum gravemque esse, & plane ad historiam: iudicio ac fide, ambiguum. Vbi affectus non distractibunt, rectum; ubi illi adjunt, obnoxium. Ad gratiam scilicet se dat & auram. Laudationum nec caussans sape habet, nec modum. Genti sue, Vasio, Medicis, nimis ex professo additius, his quidem ita, ut Laurentium Medicem parricidii rerum velut apud iudices agat. Orationibus quoque aut frigidus interdum, aut ineptus. Laudandus tamen legendusque ob multiplicem & variam rerum seriem, quae rededit composite & dilucide in unum His-

AD I. LIB. POLIT. 425
Historiae corpus. Imo nec in Persici aut Turcicu tam vanus, quam videri volunt: & fidem ei in plerisque adstruunt Turcici Annales, qui nuper * Hoc anno, c-
dente Io. Leunclavio.

De PETRO BEMBO aliquid ad-
dam? illustri dignitate & fama vir
fuit: quam tamen Historia sua Vene-
ta apud me non auxit. Iacet in nar-
rationibus, vel friget: in verbis affe-
ctatiunculas habet materie aut viro
serio parum dignas. Nulla vox nisi ex
Tulliano aut Julianu penit: & quæ sic
dici non possunt (quippe nova, vel iis
ignota) miro verborum ambitu com-
prehendit. Ipsa etiam tota scriptio &
formula sic composite, quasi hec
omnia Roma gesta, & republica illa
stante Sunt in quibus rideam; sunt in
quibus indignar & cum tam curiose à
verbis sibi caverit, reperio alibi, que,
Namceporus Grigorius inter hos videtur. Oi μὴ, inquit, θεωρεῖσθαι τὸ πολιτικὸν καὶ τὸ φιλόσοφον πολιτικὸν, ἀς τὰ πολιτικὰ, σωτήρια ποιήσεις. Non enim Spicitalis contemplatio, & Civilis administratio ut plurimum, inter se iunguntur. Et Synesius Cyrenensis Episcopus multo apertius: [b] Πολιτικὸν αἱρεῖται οὐ τὸν οὐσιώδην, τὸ κλασσόν τον τὰ ἄστοις κλαστα. Civiliem virtutem iungere cum sacerdotio velle, est miscere omnino non miscenda. At plura & diffusa in eam rem ibi scribit. Quid ergo Interdicti nos cum venia sic censemus. Interesse utiliter eos posse, imo & debere: sed rarenter, esse. tunc videlicet, cum de rebus plane seriuū gravibusque agitur, & qua tangunt universum statum. Nam tunc sane quidni audiantur? sive ut robur & auctoritatem bona sententiae adferant, sive ut reprimant coercantque in alias ruentes. Nam quanquam illi rerum Civilium proprie non peritis: tamen sepe etiam in istis saluberrime consulunt, & Syrachides non falso scripit: [c] Anima virti sancti enunciata Viniſan- aliquando vera, quam septem cit. Et supra cumpspectores sedentes in excelsio. Pruden- At semper tamē eos & apud, etiam res sepe rebus consiliisque minoribus adhiberi, sapiunt.

Gg 2 non

* Cassiod. Var. lib. x. epist. 118. b Prov. VIII.

* Hist. III. b Ep. LVI. tota. & Eccl. c. XXXVII.

non probet: nec id mihi aut ex illorum videatur, aut publico usu. Distriti videlicet terrenis curis, caelestia illata, serent; nec terrena ipsa (quippe alii illorum munus) satis commode a decoro administrabunt.

Liberi & veraces: con-siliariorum esse de-vent. Rara ea virtus. Libertatem secundo.] Magnus in Consiliario atque utile munus, a libera ei lingua, Solon olim recte: [a] Συμβολές μη τὰ δίδυτα, ἀλλα τὰ κάντια. Consule non quæ suavis sima, sed quæ optima sint. Si oportet, nam rara hec nimis in Aulus Principum virtus: & vis scire [b] cuius rei inopia laborant magna fastigia? quid omnia possidentibus desit? ille qui verum dicat.

Adula-tio re-gnat. Certamen plerumque adulatio est: & dant se non magno alicui solum, sed his qui magni apud magnum.

Placentini aut Laudenses fere hoc tu-tum genus, pauci Veroneses. Inter his tu esto: & scito libere te semper cum Rege loqui posse, sed non de Rege, Cum modestia tamen: ad quam Hen-phastion ille tibi praeditus apud Curiuum: Libertatis quoque in admonendo (Alexandrum) non aliis ius habebat: quod tamen ita usurpabat, ut magis à rege permisum, quam vindicatum ab eo videretur.

Tertio Constantiam.] Turpis enim & fœ-

& fœda illa vacillatio sententiā mu-rantium, & certum signum non certe-mentis. Idq; cum singulis Consiliariis, Mutarum magis Consiliis, vitandum ne au-tio in-diā illud, quod Carolus V: Imp. facete consiliis conicere in Germanorum conventus turpis. Sōles: quos assimilabat viperis: quia Caroliv. (siebat) ut ista matres suas tollunt; locus. sic illorum posteriora decreta, priora.

At non Rigorem.] Consilia enim Fas ali-ad eventus & tempora accommodan- quando da & sepe inflebantur sunt: atque, ut mutare Plato ait, [a] χρήστος τὸ πλάνον κύ-consilia. Ετοι, τοῦτο τὰ πεπλανωτά τιθεῖται τὰ αὐτὸν προγένετα, δῆποτε λόγοι εἰρῆθαις τὸν ἔχον, ἀλλὰ μὴ προστιθέντες, πεπλανηταῖς, ἐχομένοις τὰ πλανήτας, εἰ τοῦ Βοῶν διατείχεται oporter, tanguam in talorum ia-stū, ad id quod ceciderit res suas aptate, quocumque modo ratio id optimum esedixerit, non autem, quasi pueros, ipsos quoque cadentes, firmiter eam rem tenere in quam impegeris, & clamando quiritandoque tempus consumere. Consilia ergo nova pro rebus no-vis, aut ubi priora improspera,

Sed cum causa. Atte enim & flexu quadam opus pag. 107 sepe.] Seneca apposite: [b] Huc illue Reges strenuis leniter motis flectendus est leniter animus, paucis sui rector optimus. regendi.

Calli-
sthenes
prefa-
ctus.

Plerique enim rectorum rectore alio
egent, et si palam habere eum sper-
nunt. Callisthenes hic offendit, qui pra-
ter monita magnis sui Doctoris, nimis
apud Alexanderum abscisus est aspir.
Quæ debebat dicebat, sed non qui-
modo debebat. Ariani causa senten-
tia ego accedo: [a] καὶ τὰ πάντα ἔτος
ἔτος οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν οὐδὲν
τιπάτε Καλλίσθηνος φέρεται, οὐδὲ
διδαχή εἰσιν· ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον
γιγαντίον τιθέται εἰς αρκεῖον Φιλί,
αὐξέντα (αἱ ἀνυστρ) τὰ βασιλεῖα
περέχυστα, οὗτο περί ξινεῖαι
απηγένωται· οὐκέτι ἀπικότως δι' απ-
ληθείας γένεται· Αἱ λέξεις δρα Καλλί-
σθηνος τιθέμειν, οὐδὲ τὴν αὔξεσθαι
παρέργητι, οὐδὲ πρόγονος ἀβεκτηθεῖ.
Ego vero nihil eorum, quæ vel id
Alexandri iniuria, vel ad Callisthe-
nis morositatem pertinent, lauda-
verim. Sed illud aio & statuo, suf-
ficere ut seipsum modeste habeat
geratque, & Regis, quæ ad fieri po-
test, negotia promoveat is, quicun-
que adesse & servire illi in animo
semel induxit. nec immerito gra-
vem fuisse Alexandro Callisthe-
nem, cum ob intempestivā liber-
tatem, tum ob superbā stultitiam.

Regibus
non fru-
stra ob-
nitens-
dum.

Quoties necessitas ingrueret, pru-
denter moderans.] Praetiarum hu-
mum

^a Lib. i v. de reb. Alexand.

AD III. LIB. POLIT. 47^b
ius Pisōnis exemplum, atque omnino
imitandum. Plato ad Dionis propin-
quos: [a] ταῦτα οὐκέτι πόλεως ἀπέ-
δια σύμβολον καὶ ζῶντες φέρεται. λέγειν
μέντοι, εἰ μὲν καλῶς ἀπέδι φέρεται πολι-
τεύεσθαι, εἰ μέλλοι μάτε μεταίριος
ἔπειτα, μάτι ποτοθετεῖται λέγεται. Hoc
eodem animo erga patriam suam
affectionem, vivere prudentem vi-
rū oportet. Dicere quidem, si
quid non recte administrati ei vi-
deatur: sed ea lege, si futurum putet
ut neque frustra dicat, neque di-
cendo vita periculum incurrat.
Quod tamen ita verum, nisi rex aut
regnum periclitetur. Nam tunc nul-
lum discriminum bonum consiliarium te-
neat, quin clamet. Themistocles ille
exemplum, qui olim ad I. accedam eniū:
[b] Feti, sed tamen audi.

Quinto Silentium.] Omnia ser- Consilia-
vandum in Consilio, quod vim habere ruit taciti
vix aut usum. Et servandū etiam tua sunt:
consilientis causa: [c] quia arduum
nimis est, meruisse Principis secre-
tum, ubi siquid cognoscitur prodi-
vel ab alio formidatur. Alexander
cum arcana quasdam litteras Hepha-
stion legisset, detrahitum annulum ori-
eius admiravit. quisque sibi id factum
putet, & simul in Consilium lectus est,
Gg 4 os sibi

^a Epist. viii. ^b plut. in Themist. ^c Cassiod.
vii. Var. epist. x.

Sicut a-
pud Per-
fus. *vsib[us] clausum à Principe signatum-*
que. Persas cogita: [a] apud quos,
pud[er]t Amorianus, nemo consiliorum
est conscientis, præter optimates ta-
citurnos & fidos, apud quos Si-
lentii quoque colitur numen. De
guibus & Curtius: . More quodam
Persarum, arcana regum mira ce-
lant fide. non metus, non spes eli-
cit vocem, qua prodantur occul-
ta, vetus disciplina regum, silen-
tium vitæ periculo sanxerat. Si-
milie apud Romanos, quorum Curia,
in tanto numero Senatorum, silentio
sic undique clausa; ut [b] non dicam
unum, sed neminem audisse cre-
deres, quod tam multorum auri-
bus fuerat commissum. Notabile
illud de Eumene rege: qui cum Roman
venisset, & regem Persen in Senatu
accusasset, ac de toto bello cū Patribus
deliberasset: [c] in præsentia nihil,
præterquam fuisse in Curia regem,
scire quisquam potuit. bello deni-
que perfecto, quæque dicta ab re-
ge, quæq[ue] responsa essent, emana-
vere. Mira & diuturna silentii fides

IN CAPVT VI.

Vitanda Consiliatiis.

PAG. 108 **A**DVERSVS peritos, pervicaces,
Turpe. & est aliquis, etiam ubi in-
ste

^a Lib. xxxi. ^b Valer. l. s. cap. xi. ^c Liv. xlii.

AD III. LIB. POLIT. 473
ste refragaris, refragandi modus. De-
mosthenes merito Spartanorum insi-
tutum laudat, quod tale. [a] Ferunt,
inquit, apud eos dum decernitur,
quemque sententiam suam libere
promere: sed ubi decretum est, ea-
dem laudare omnes, & adiutores
esse etiam illos qui contra dixe-
rant.

Discordia inter consulsores.] Dißidia
Pernicosa semper, non aliter quam si in consi-
remiges & naute digladiantur in una iuu ma-
aliqua nave. Taritus notat: [b] Iu-
la. Ilius Clasicijanus Suetonio discors,
bonum publicum privatis simul-
tibus impeditiebat. Et semper ita
evenit, ubi inter collegas amulationes.
Quid remedii? ut aut ponantur ea, Adlimē
aut certe seponantur. Aristidius exem-
pli: qui Themistocli valde adversus, ponen-
cum tamen una in legationem misi da-
issent, & ad portam Vrbū venissent:
[c] Visne ô Themistocle, inquit, in-
imicitas paullisper hic depona-
mus, receptri eas cum redierim-
us? Sciebat scilicet rem commu-
nem, sine communione animorum,
numquam recte administrari.

Avaritia, sive rei iuuæ studiū.] Ab PAG. 109
pestis. [d] Nullum enim est officiū Avari-
tam sanctum atq[ue] sollemne, quod tia ar-
cenda.

Gg 5 non

^a Exord. xxxix. ^b An. xiv. ^c Plutarch. ^d Cic.
pro Quinque.

non avaritia comminuere ac violare soleat. Quinetiam, ut Pindarus ait, κρεψθη την φία σιδητην. Lucro etiam Sapientia capitur & trestitur. Igitur cavenda illa, & omnes ad eam cauſſe. Ac provide illi populi: quibus legē fuisse. Aristoteles ait, [a] ut qui agros, limitaneos hostibus habent, non admitterentur ad Consilia belli gerendi, quasi ob privatæ rei aspectum suadere minus commode possent. Nec Principi medium hic aliud, quam ut ne naturales eligat: & item ut prolixè cū ele-
ctio agat, atque omnia à se expellat.

Mercatores. Lex Thebanis, quæ vetuit.] **Vitores**, nō dentur removendi à resp. administratiōne mercatores, cauſa non una. **Conſita.** Primum, quia conſuetudine & inclinatio natione avari: ideoque facile publicam rem, in ſuam vertant. Secundo, quia parum magnanimi aut splendidi: atque, ut Aristotelis verba uferem, [b] à juvīs oꝝ rōb̄tos kīos ȳ regis zep̄t id evartios patrum generosa hæc ratio vita, & virtuti aduersa. Tertio denique, quia in publica perſona Autoritatē id miruit: & ut Livius ait, [c] quæzilus omnis indecorus Paribus est viſus. Ab hac ſententia fateor me ſtare, præſer- tim in Regno. Vbi tamen aut rara nobis

nobilitas , aut plerique honestiorum admittantur id genus vita : non nisi eos repellam . Et scio Venetos Florentinos , Genuates , Batavos sic usitasse , haud magno suo malo . Quintiam olim [a] dignitatem mercaturae fuisse , Plutarchus tradidit : ut , quæ commoda ex regionibus barbaris afferret , amicitias cum dynastis conciliaret , & ad multarum rerum peritiam conferret . Nota Vsus eius Princeps . Et hoc genere hominum cum rū Prinfructu sāpe utere , sive ad explorandū cipi . sive ad ingressum & aditum aliquem apud longinquos & ignotos faciendū . Nonne hoc Lusitanis regibus limen ad Orientū regna & primiugradus ?

IN CAPVT VII.

Impedimenta boni consilii.

FUDVIA.] *Noxia valde in consiliis, quia suas alienasque vives parum librat, & eventus omnes aptat ad sua vota. Principes eadem sepe fallit. qui natura magni, libenter audiunt hos magnanimos & [b] specem magis ipsam, quam spei caussam intuentur. Arcenda, videndum. Cū me que semper ne illud audiamus : [c] tu con-
sidero ιστάχας, si pse Priusquam sulen-
occidet, excorias. Polybiuſa-
num hic dogma, iubentis : μεντό-
τε βαλδίσας τετι το μέλλοντος, &c
ηδη*

^a In Solone. ^b Liv. xxii. ^c Adsg. Grxc. lib. II.

δέδη γεγονότος, μηδὲ προκατελπίζει
θεωρεῖν τὸν ἀντίτιτόν τον οὐκών εἰσχω-
μένον έγινεν ἀλλας χριστός, νεμόντος
εἰδει τῷ παραστόξῳ, πανταχοῦ μὲν αν-
θρώπους ὄντας, μάλιστα δὲ τοῖς πο-
λευμοῖς. Numquam de futuris re-
bus, tamquam iam factis, delibe-
rare; neque præfidere constanter
in iis quæ aliter evenire possunt.
sed partem aliquam inopinato
eventui relinquere, cum ubique
homines simus, maxime vero in
rebus bellicis.

*Imperi-
ti pleri-
que sto-
lidi.*

*Aut
adula-
tores.*

Cum sapientia non commis-
ceretur.] Non hercules, cum sit Imperitia
ipsa proles. Thucydides: [a] Αὕτη
μὲν δράστος, λεπτομέρεια δύναντος φέρει. In-
scitia Fiduciam, Prudentia Con-
fationem gignit, sive ut Hierony-
mus translatis: [b] Imperitia Con-
fidentiam. Eruditio Timorem
creat. Cui apud reges Adulatio etiam
sepe mixta dum auribus illorum ser-
vivunt, & tam magnos validosque eos
faciunt, quam videri volunt. Talis
Minio ille apud Antiochum: qui [c]
ignarus omnium exterrorū, Vires
que estimans regis ex rebus in Asia
Syriaque gestis, temere eum impulit
ad Romanum bellum. Accesit eiusdē
ingenii nescio quis Alexander Aca-
nan, qui [d] tanquam non utrum
bellati-

^a Lib. 11. ^b Epist. ad Euagri. ^c Liv. xxxv. ^d Ibid.

AD III. LIB. POLIT. 477

bellandum necne esset, consulere-
tur, sed ubi & qua ratione bellum
gereretur, victoriam se haud du-
biā animo proponere affirmabat. *O pessilens genus, presertim ubi*
Princeps ipse ad typhum & fastum
inclinat!

Consilia calida & audacia.] Quæ Quando-
tamen haud semper improba, ne erres. & qua-
In communi quidem administratione tenus
serum valde damnanda: at in novo consilia
aliquo aut subito discrimine, utiliter subita
& necessario sepe adhibenda. Apud aut for-
Capitolinum scribitur: [a] Hanc no- tia, u-
vis rebus debere inesse constan- tilia?

tiam, ut rapienda sint consilia,
non querenda. Doctor noster regu-
lam hanc suggestit: [b] Cunctatione
non opus, ubi perniciiosior sit
quies quam temeritas. Imo ab eo-
dem disces: [c] Inter ancipitia, de-
territum esse, media sequi. Obser- Rebus
va, quia plerique hic peccant; & in extre-
rebus affliti, ut idem loquitur, [d] mihi, me-
nec provident satis, nec audent. dia sper-
Celeritas, infamis naufragii,] nenda.

Pulchre Artabanus apud Herodotū:
[e] Εἴπει χθωναῖ μὲν τῶν τοῦν μεφ-
τίντος σφόδρα ταῖς τοῦ Σημίαμεγά-
λαι φιλέστη γίνεσθαι. Καὶ τῷ διπλῆν
ἔνειται καθά, εἰ μὴ ταραχήνεις δοσον-

^a In Maxim. ^b Tac. I. Hist. ^c III. Hist. ^d Ibid.
^e Lib. VII.

*ταῦτο, ἡνὶ ἀνὰ χεῖρα βέβη; τις τοιούτος
Festinare quodvis negotiū, gignit
errores: unde maxime detrimenta
exoriti solent. At in cunctando
bona insunt, quæ si non statim ra-
lia videantur, tamen in teropere
bona quis esse reperiat.*

PAG.111 Consulta oportet exsequi festi-
nante.] *Velleius M. Agrippa* hanc
laudem tribuit: *Vir, inquit, labore,
vigilia, periculo invictus, & per
omnia extra dilatationes positus,
consultisque facta coniungens.*

IN CAPVT VIII.

De Principe, qui segerat in
Consiliis.

PAG.112 **M**ATVRZ delibereret.] Ne eveniat
scilicet, [a] quod in consiliis
infelicitibus (*Taciti verba*) ut opti-
ma videantur, quorum tempus
In tem- effugit. *Tu vero tempestive, cum
pore de- res non erit subita, delibera, quia
liberan- oportet, ut scire Demosthenes dixit,*
dum. [b] *ἰα ἀκολθεῖν τοῖς περγάμοτοις,
ἀλλ' ἐμφερόσθε Εἴ τι περγάματοι
non subsequi & comitari res,
sed rebus ipsis antecedere & præ-
te. Et addit: Sicut Imperatoris
est prætere exercitui, sic bene
consulti viri ipsis negotiis. Aliud
tamen in subitis, ubi falso po-
tius*

*tint. opus quam consulto. Tum festi- Interdiū
nandum, neque hesitandum: ut ii, & cele-
[a] qui neque alienis consiliis re- riter.
gi, neque sua possunt expedire.
Enimvero, ait Demosthenes, [b] dum
navis est salva, prompte consulere
& providere oportet, ne everta-
tur: postquam fluctus exsuperat,
inane est studium.*

*Magna in republ. momenta sunt Pro tē-
temporū.] Quis id nescit? adeo ut poribus
super eadem re, alio atque alio tem- confilia.
pore, aliud sit censendum. Seneca pul-
chre: [c] Consilia rebus aptantur,
res nostræ feruntur imo volvun-
tur, ergo consilium sub die nasci
debet: & hoc quoque tardum est
nimis; sub manu, quod aiunt, na-
scatur.*

*Peccatur hic in Plurimum statu.]
Verissimum est: nec quidquam tam ibi
sólītum, quam disputando rem extra-
hero, & saepe labefactare Cavarisse olim
Acheos video, & legem habuisse, ut Achai-
in conventibus dies unus delibe- ca lex.
rationis esset, alter decreti. Vt illie
ipsa aut similis lex, in optimatum, aut
populi statu: Principi vitare fa-
cile, ubi & pauciores consultant, &
nutu eius pendent.*

*Tardi-
ne inutili contatione.] Sive in tua vi-
de-tanda.*

deliberando, sive in apparando. De-
mōsthenes Atheniensibus suis non se-
mel hoc obiicit, & tarditati hisic im-
* Phil. i. putat res amissas.* Τὸν δὲ, inquit, ἡ
τρέχειν χρέον εῖς τὸ παραπομένα.
ζεῖτε γὰρ αὐλονούμενοι οἵ τε καθημάτων
καὶ μέρος τὸν μετέχειν βεβεδοῦ-
ται ηγετούμενοι. Nam agendi tem-
pus in apparatu consumimus, re-
rum autem occasiones non expe-
ctant ignoriam vestram & tardi-
tatem.

Super
verbū
haud
litigan-
dūs.

Neve dies rerum, verbis tetar.] Sed nec disputatiuncula de verbū: quod in civili hac dissensione evenisse aliquoties memini, & prudentiores risisse. Audiatur Latinorum ille Pra-
tor, apud Livium: Ad summam re-
rum nostrarum pertinere arbitra, ut cogitatis magis quid agendum
vobis, quam quid loquendum sit.
Facile erit, explicatis consiliis, ac-

Sed nec commōdare verba. Nec prō-mo-
multa ea gustu unquam consiliarii, qui circa
usur-
bec occupati. Compositae orationes ali-
panda. bi locum habeant, hic brevis dīlio &
rellum iudictum.

PAG. 112. Audiat cum iudicio.] Late hos
Res ipsa patet, & momentū habet. Primum
spectan-
est, quod hic moneo, ut non flectas se-
de. affectū quoddam & inclinet ad unum
aut alterum, sed res rationesque ipsius
magis spectet. Demosthenes hoc quoq;
suis

AD III. LIB. POLIT. 481
suis Atheniensibus: * Sed si quidem verba audituri cōvenistis, hæc dicere & audire oportet: fin autem super rerū electione deliberaturi, res ipsas per se nudas, quantū potest, dijudicare vos hortor, aufereces sermones omnes qui facti videntur ad fallēdum. Secundum, ut Periti in peritos in quaque re maxime audiat, quaque atque illi crēdat. Lubet adscribere ex-emplum Imperatoris Alexandri Seve-ri, de quo Lampridius: Fuit illi con-suetudo, ut si de iure aut de nego-
tiis tractaret, solos doctos & diser-tos adhiberet; si vero de remilitari,
milites veteres, & senes bene meritos, & locorū peritos ac bel-
lorum & castorum, & omnes lit-
teratos, & maxime eos QVI HI-
STORIAM norant: requirens quid in talibus caussis quales in disce-
ptione versabantur, veteres Im-
peratores vel Romani, vel extera-
rum gentiū, fecissent. Tertium, ut Et me-
non tam numeret sententias, quam liores,
appendat. Vetus hic querela Plini: In non plu-
publicis consiliis nihil tā inæqua-
le quam ipsa æqualitas, nam cum
sit impar omnium prudentia, pat
omnium ius est. Locum non habet
in Principe, qui potens est rerum, &
at suam sententiam omnes trahit.

Qui à suis ducitur, ut nervis.]

H h Quod

* Exori.
Lxv.

Pauci. Quod Galbe meritissimo obieclum, de
non-cre- quo^{*} Suetoniu: Regebatur trium
dendum arbitrio, quos una & intra Palatium
habitantes, nec unquam non ad
harentes, Pedagogos vulgo voca-
bant. Nec tamen ab uno, unum alterumq; valere gratia, auctoritate, fide
apud Principem posse, imo & debere;
sed cuius nempe nota prudē. in & prae-
bitas sit: atque hoc ipsum ita, ut non
solus aut alter ille iudicentur. Sunto
enim et prudentissimi; tamen profe-
Homines ito nemo in omni re, sed nec in omni
alii hora, equaliter sapit: & res et Comi-
alias, & nos sūlum, à meridie saepe non
in aliis. idem, qui mane suimus. Puer illa
& sine nube mens, non semper est pre-
sto. Ergo tu: nus pluris audiri, utq; in
rebus gravibus: & sic Artabanus,
Lib.vi. apud^{*} Herodotum, Persarum regi:
Plures Rex, nisi d. versi variantesq; ten-
audiēdi.
nequeat, alteri applicatū compa-
qui fa- tacūm: potest. Addo etiam, quod
cile mu- unus ille aut alter p̄p̄totens, facile à
tatur. vero abeunt (privato aliquo aspellu)
& à recto. Cominatus ita obseruat, &
monet: Siquis singularis tantā ha-
beat fidem apud Principem, ut eū
alii

AD III. LIB. POLIT. 483
alii observent & metuant; is reve-
ra dominatur, & regnum obtinet,
suisq; rebus tantum & facultati-
bus consulit, publicis neglectis:
quod regi (Carolo Orlavo) icimus
evenisse. Quodipse de Carolo, impari
successore Ludovici patris, idē de plus-
ribus posst & dederim vel novitiae ex-
empla. Non lubet, nec lato, magis illu-
stre unum, verusq; paullo, de Isaacio
Imperatore Graco: qui Theodorum Impera-
quendam Castamonitam, hominem & tor, cui
ad alias res civiles, tū ad pecuniarias impera-
tis simum, non suis tantum sed sibi tum.
prefecit, quem, inquit Choniates, Lo-
gothetam designavit: & ab eo du-
cebat, reducebat ut obnoxium
aliquid animal, aut potius instar
mancipii omne quod ab eo impe-
ratetur peragebat, nihil ipse discer-
nens. Contigit autem mori illū Theodo-
dorū: quid deinde? querit alium do-
minum, & adolescentulum quem-
dā, vix à tabulis & scholis digres-
sum, summę rei p̄ficit; qui non
ipsum Imperatorem solum, uti ce-
tum maximum parvus p̄scis qui
Propompus dicitur, ducebatur quo
volet & circumagebat, sed &
militares numeros legiones; tra-
ctabat: quasi ab ipso levine & in-
cunabulis maximarum rerum ad-
ministratio: innutritus esset, aut
Hh 2 quasi.

quasi ab ipso natali scilicet sapientia
set: haud aliter, quam Sibyllam,
similatque ab alvo prodierit, de
fabrica universi disseruisse ferum.
*Facete deinde addit Chomiates, & sub
fannat:* Erat, inquit, ille adolescentis,
velut apicula aut culex, aures leoni
ad simile circumsonans; aut ut
niger pumilio, qui maximum ter
rae pondus elephantem gubernans;
vel ut funiculus, qui camelum
naso trahit; vel denique ut angu
sta porta aut semita, quæ ad Au
lam duceret. *Et quid miramur? pro
fecto hec sunt risus, aut morsu potius
& Satyra digna.* Faciat qui volat
Principum, audiet vivus aut mortuus
quod iste.

*Obsti
natio
vitan
da.*

Iliad. C. * A' N à ἀνδεῖ αὐτὸς τ' εὐ μέντο,
τειχέο τ' ἄλλω,

Ipse, ô rex, bene consulito, &
pareto viciissim.

*Agnata Peccant hic sepe magni, qui ut fortu
sepe na, sic sensibus, super alios se putant.
magnus. Itaque Seneca hunc affectum expres
sit:*

-- regale hoc putat,

Sce-

AD III. LIB. POLIT. 485
Sceptris superbas quisquis ad
movit manus,
Qua cœpit, ire.

*Imo quidam fatui, ut etiam post con
filia, [a] ne alienæ sententiae egere
videantur, in diversa ac deteriora
transcant. [b] In hoc numero ille Xerxes,
(Valerius refert) adhibitis Asia
principibus, Nevideret, inquit,
meo tantummodo usus consilio,
vos contraxi: ceterū memento,
parendum magis vobis esse, quam
suadendum. Nescio insolentius, an
stultius dillum. At ego hoc quoq; no
mine, Principē parum aptum esse di
xerim ad purioris consulēdum: quod de
re eius maxime agatur. Bene autem
hoc Cobares quidam apud Curtium:
[c] Natura mortalium hoc quoq;
nomine prava & sinistra dici po
test, quod in suo quisque negotio
hebetior est, quam in alieno, Tur
bida sunt consilia eorum, qui sibi
suadent. Quid tamen in rege sene, &
gubernationi iam gnaro? aliquid plus
ei permiserimus: sed non ita ut cum Ti
berio (apud Suetonium) [d] semper
sit sui arbitrii, contentusq; se uno.
Plus iudicare ipsē potest, plus tamen
suggerere & invenire plures.*

H h 3 Seu-

Celandā Sententiam suam celer.] Quod sententia, duplice sensu moneo, ut nec ipse declareret quo inclinet, ne ceteris [e] (ait Tacitus) assentiendi necessitas fiat: sed nec dictu iam sententia aperiat quam probet. Decorum enim ita, quasi [b] suæ meditationi quædam relinquat: sed & utile ad effectum, ut minus periclitetur efferi.

Anima consilii secretum.] Cuius in iuramento sanciendo, reperio & iuramentum interdum interpositum apud Principis consilio. Ita enim Capitolinus in Gordianus: Omnino exemplum Senatusconsulti taciti non aliud est hodie, quam quod vestra clementia (ad Diocletianum scribit) convocatis ad interiora maioribus, ea disponat quæ non sunt omnibus publicanda: de quibus adiutare etiam soletis, ne quis ante rem completam quicquam vel audiat vel intellegat. Produntur autem consilia non verbis tantum, sed & signis, de quo studiose ita monuit Polybius: [c] Primum præcipuumque eorum quæ ad felicem consilii exitum requiruntur, est silere. Itaque neque gaudii ostentatione, ob spem scilicet inopinatam affulgenter, neque metus; sed neque

A signis caven- dum, in- dicis- que. nuit Polybius: [c] Primum præcipuumque eorum quæ ad felicem consilii exitum requiruntur, est silere. Itaque neque gaudii ostentatione, ob spem scilicet inopinatam affulgenter, neque metus; sed neque

^a iv. Annal. ^b Tac. xv. ^c Lib. ix.

Ad III. LIB. POLIT. 487
neque familiaritate inductum aut affectu & amore, quidquam communicare cum exteris oportet; sed cum iis dumtaxat, sine quibus res ad exitum deduci non potest. nec iisipius antea quam cuique rei agenda tempus adigit. Silere autem non lingua tantum oportet, sed multo magis mente. Multi enim sermone quidem celantes, ipso aspectu & vultu, aut & factorum aliquo, revelarunt sua decreta. Ea vero postrema verissima sunt, & quidam suspicari de consiliis suis dant suspensi aut mœsti, [a] & magnæ cogitationis manifesti.

Libertatem admittat.] Imo vero. Libero & provocet, atque arte eliciat in vox elitis eorum sensus. Difficile enim & cienda. carum est, ut non aut eo sententias dirigant quo Principem ire censem; aut in gratiam eorum flecant, qui ipsi in flagranti gratia sint regentu. Itaque interdum bonum, Principem Huic rebus subito & quasi aliud agentem, sententiam ab hoc aut illo seorsim exquirere. quod Sfortiam cognomento Magnum callide & frequenter fecisse, scriptum reliquit Paulus Iovius. [b] Interdum non per se; sed per interpositam personam iubeat explorari. Sed & hoc utile, sententiam sine ordine,

H h 4 ne,

^a Tac. xv. Annal. ^b In eius vita, cap. LXXXIX.

ne, aut immutato ordine ab insimis petere, ne a se clavis sint potentiorum, ut dixi: sed & ut aequaliter omnes parati. Suetonius de Augusto: Sententias de maiore negotio, non more neque ordine, sed prout libuisset, perrogabat, ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentendum esset. Vt librum autem, in scripto eas exigere & clavis tabellis. Ita enim & accuratior sententia, & certe liberius, sine alterius gratia aut offensa. Suadet hoc

lib. LII.

Augusto Macenas, apud Dionem: * In caussis gravioribus, sententias non palam rogabis, ne amicis suis faventes parum libere quid sentiant pronuncient, sed in tabellis eas scriptas ad te solum, ne cui altius innotescant, perferriri iube, & lectas etiam statim deleri. Ita enim verum sensum cuiusque maxime cognoscet, si eum illi a nemine alio cognitum iri, persuasum habebuntur. Quod si tui affectu (ita interdum causa aut res est) minus libere vel scripturas putet, tum remedium, solos rehingui, & inter se deliberare. Mibi etiam non dispiceat, quod Turcarum Principes audio usurpare, ut in proximo Senatus habendi loco possint occulte, cum velint, consistere, illinc per cancellios (sed velo opposito) omnium

senar-

sententias audire: ut tamen adesse eos, etiam cum non adsint, fas sit suspicari: & contra. Id vero & libertatem dare sententiis videtur, cum non coram ille immineat: sed & intentionem addere, cu[m] semper posse auscultare & adesse.

Regum opes saepius assentatio, Assen- quam hostis evertit.] Quod vitium ratio ita inherens & affixum Aula, ut de- crebra sperem (nisi apud magni excellentis. Aula. que avimi regem) posse evelli. Iuvat Seneca verba ruminari & hic appo- nere: [a] Monstrabo tibi, cuius rei inopia laborant magna fastigia, quid omnia possidentibus desit: feliciter ille, qui verum dicat, & hominem inter mentientes stu- pentem, ipsaque consuetudine pro rectis blanda audiendi, ad igno- rantiam veri perductum, vindicet a consensu concentuque falso- rum. Non vides, quemadmodum illos in praecipsum agat extincta li- bertas, & fides in obsequiu[m] servile submissa, dum nemo ex animi sui sententia suadet dissuaderetque, sed adulandi certamen est, & unum omnium amicorum officium, una contentio, quis blandissime fal- lat? Nec mirum sane, raro crebrum hoc genus esse, nam & fructum pra- sentem capiunt, & res in facili ac sine

H h s labore,

*4. Hist. labore. * Tacitus: Suadere Principi quod oporteat, multi laboris; assestantatio erga Principem quemcunque sine affectu peragitur. Vult dicere, in rebus, veroque consilio adnuntendum, & industrie agendum esse: in adulazione, cum verus amor aut cura tui publicique non sit: ex facili omnia dici tantum ad voluntatem.

At mihi salus illius desperata est.] Tale hoc [iceronis: Cuius aures clausae sunt veritati, ut verum audire non possit, eius salus desperanda est. Quid de Perseo rige dicam, qui ab amicis duobus liberius admonitus de vitii prateriti & culpi, utrumque pugione interfecit? dignus qui verum postea non audiret, & ipse ac regnum perirent, ut evenit.

PAO.114 Nec bona quidem consilia praemunere aut vulso. Non remittuntur nisi adficiat.] Caussam habes in mune, fragilitate vel ambitione humana. rada te- guia cum semel iterumque placuisse se se rident, & premium retulisse; vulso extra limites facile abeunt, & tibi consilia, se dant muneranti. Sed & sibi placent, & superbiam induunt s' fulgendum. Mecenas tamen apud * Dionem adversus nobis videtur, sua- detque Augusto: Eos qui rectam sententiam probamque dicent, & lauda & honora. illorum enim ex inventis ipse bene audies, qui

AD III. LIB. POLIT. 491
qui vero aliter, neque ignominia affice, neq; accusa. Mentem enim illorum considerare oportet, non autem aberrationem castigare. Concilio, quod communiter prudentem Consilium honorare ac premiari, fas & ius: at non ob singula consulta aut sua sa.

Sæpe prava magis, quam bona consilia, prospere eveniunt.] Aut si non saep, ut Sallustius, certe interdum: & dominatur ac ludit in humano rebus, præter omnem rationem nostram, præpotens illa ratio, id est Fatum. Hoc * Demosthenes sapienter: Exord. Consultores vestros, inquit, ut im- xxvi. Deus su- postores, si quid alter accidit, ac- cussatis: neque consideratis, quare- praconre & rationibus colligere optima, filia. quantu homo potest valetque, id nostrum esse; effici autem ista & succedere feliciter, id plurimum in fortuna situm esse. Itaque vir prudens non eo sibi displacebit, si in mente & ratiocinio rebus minus rebus successus. immo cum Phocione sentiet ac diceat: qui cu aliquando suassisset, nec optimus, & contraria etiam sententia feliciter effectu data esset: rogatus, eruditus, pateretur? Minime, inquit, nam mea Phociorum meliora, et si haec felicitiora. Cui ad- nis di- sonat hoc Artabani, apud * Herodo- tum: Suadeo tibi rex, inquit, bene lib. vii. deli-

deliberate; in quo maximū est lucrum. Nam etiam si aliter accidat, nihilominus tamē bene consultū est, & superavit Fortuna consilium: qui vero male consilium cepit, si fortuna ei arrisit, ille est quidem voti sui compos, sed nihil secius male consultum est. *Argue hoc de Consilio. ad que quoniam bellum, & commodū est Caput sive tractatio in Leone Imp. de Apparatu bellico, lumen id totum hic adscribere, cum fructu imo & voluntate à Politico legendum.*

Quomodo consilium capiendum sit.

IN CAPVT IV.

OMNEM actio-
nem consilium
anteat; incon-
sulta enim reri tra-
tatio haud satis tu-
ta est. Nam quanquā
interdum quis glo-
rietur, quasi simul
& deliberaverit, &
res suas gesserit,
multa profere arg;
ex tempore gessisse:
tamen perraro ali-
quid tale usū venire
fortunate solet.

2. Propterea inpri-
mis præcipimus ti-
bi, ut ante omnes res
suscipendas, maxi-
mū autem bellicas,

consilium cum iis
prefectis capias, qui
tibi ad hoc idonei
videbuntur: cuius
generis Turmarchæ
reliquique sunt. Vbi
vero firmitatem aliquam
habere consilium
videbitur, rem
ipsam de qua deli-
berasti, omni studio
ac diligentia cōten-
das ad exitum per-
ducere, nisi si (quod
perspex soleat acci-
dere) aliquid inter-
rim adversum &
contrarium consilio
contingat. Consilium
autem quidam
tandem sit, &
quem-

AD III. LIB. POLIT. 493
quemadmodū consi-
lium tuto expedire
possit; explanabo.

3. Consilium est, de-
liberatio quædā de
re agenda vel non
agenda. Si res agen-
da non sit, statim si-
stendum tibi est: si
agenda sit, modum
agendi vel quomodo:
tempus vel quādo:
ubi vel locum; quid
vel rem agen-
dam; quem vel per-
sonam qui hoc su-
cepturus & ad exi-
tum perducurus est;
propter quid vel
causam cuius gratia
res suscipitur; con-
siderare oportet.

4. Qui deliberatu-
rus secum est, ante
omnia suam ipsius
mentem ab omni-
bus perturbationib.
liberam habeat, ma-
xime autē ab amo-
ro vel odio atque
omni alia perturba-
tione, que rei de
quodeliberaturdam-
nosa esse potest.

5. Deinde non so-
lum quid facile sit
eligit, & in hoc in-
cumbito, sed etiam
omnia que usū ve-
dere possunt animo
prospice; fortassis

enim post rem in-
ceptram aliquid se
tibi quod in primis
conducibile est, of-
feret, quod antea
prætermisisti.

6. Quid si tecum
ipse non solum ca-
pere consilium, ve-
rum etiā alios assu-
mere volueris, te
ipsū tamen ab omni
perturbatione va-
cuumprebe, ac si so-
lus deliberares. Cō-
fultores autem ad-
hibe experientes re-
rum, provisos, per-
spicaces, xrumnarū
ac prosperitatis tue
socios, ad excogitā-
dum solentes, fide-
les, qui tibi neq; ad
gratiā obtempera-
bunt, neque illi qui
rei susceptor existit,
neq; sibi mutuo, sed
qui quod cogitant
dicunt, qui simplici
animo & incorrupto
sunt, nullumque ex
iis rebus lucrū qua-
runt, sed eo ipso tē-
pore quid maxime
utile sit explorant,

7. Sunt enim qui cu-
lucrum aliquod aut
compedium, aut ad
se, aut eos quos ca-
ros habent atque di-
ligunt, pertinere posse
vident, totam iudi-
catione.

catione rei eo trans-
ferunt: & quia per-
tiones sunt, uni-
versum consilium ab
utilitate communis,
ad id quod ipsi vo-
lunt ducunt.

8. In rebus occultis
& abditis, fideles
adhibe tibi & tem-
perantes viros, &
tacituros, & qui in
sua & nō aliorū po-
testate sunt, cum se-
cretae res istae, ut se-
cretiores hant, mini-
me ad cognoscendū
multitudine indi-
gent.

9. Delibera tarde,
nisi aliqua necessi-
tas celeritatem requi-
rit, ut consuleris,
si nullum impedi-
mentum sit, mature
facio.

10. Tempus & lo-
cum, quādāmodū
prædictum est, rei
idoneum elige. Sed
de ea referas nō ad
teipsum solum, sed
etiam ad omnes qui
tecum cōsiliū parti-
cipes fuerāt, & quid
facto opus sit, cum
multis deliberatio-
nibus agere volueris,
cum paucis communi-
catis; & ubi optimū
ex omnibus consiliū
ceperis, apud te so-

lum tene, ne adver-
sariis hoc indicetur,
& insidiis illorum
appetare.

11. Res ipse diver-
sas & plurimas sepe
afferunt sententias,
fortassis autē quæ-
vis res circumstans
omni ex parte mani-
festa fieri, si singule
consulitorum senten-
tiae inter deliberan-
dum in unum con-
ferantur.

12. Omnes autē de-
bent hoc spectare &
convenire, ad salvā
atque illæsam mul-
titudinem conser-
vandam, & ad curam
provisionemq; eius
qui eos convocavit
suscipiendam.

13. Finis consiliū sit
tibi, ut cognoscas in
rebus gerendis ubi
& quando agendum
vel non agendum sit,
& qua de causa
quidque agendum.

14. In deliberatio-
ne tua, & in omni-
bus sententiis quæ in
deliberationem ve-
niunt, adesse hæc duo
oportet, posse illud
fieri, atq; utile esse:
hæc enim duo si nō
adstant, infirmū con-
siliū

AD III. LIB. POLIT. 495

filium esse & teme-
rariū statim depre-
henditur, & quasi
ante oculos illius
vitium cernitur.

15. Si enim inurile
sit de quo deliberas,
non modo non cō-
modaberis, verum
etiam iudeceris. Si vero
non possunt de qui-
bus deliberatum est
perfici, inanis hæc
consideratio ad te-
merarium exitum,
quod fieri nullo mo-
do aut via potest,
necessario pertinet.
In primis autem vi-
tare oportet eas of-
fensiones, quæ in
promptu sunt, vul-
gus enim hominum
folet rerum futura-
rum cogitationibus
seipsum oblectare,
offensiones autem
circumstantes pro-

videre non solent,
16. Ut illos autem
est in omnes partes
animi quasi excuba-
tio, & corum quæ
ulla ratione fieri
possunt in considera-
tionis rebus pertra-
ctatio: ita enim fit,
ut neq; teipsum ni-
mis cœca temeritatē
exponas, nec rursus
nimis rerum cupi-
ditate illectus, in
manifestum aliquod
discrimen incidas.

17. Rursus timor
absque ulla audacia,
à virtute non absit: &
qui quovis casus
temerarios formida-
tē, temere sepe ad-
versus seipsum multa
facit, & quæ ex usu
suo sunt negligit, &
ab utilibus rebus su-
sciendi abhorret.

IN CAPUT IX.

De occultis & domesticis consiliis.

V T: spennat genus illud domesti- PAG. 114.
ci consiliū.] Hoc genus nēpō quod 115.
subiungo, è utilius aut servilibus inge- Viliū
niū: non in universum damno, si quis hominū
in familia auctoritate & fide dignus: consiliis
sed ipse quoque inter digniores. Crede haud u-
hoc semel Princeps, nihil generosū aut tendens.
al-

altum à servitio illis expellandū, & contagione ista tu quoque sordesces. Vide te queso Ammianus comma, sed appositum, in Constantium Imperatore: * Mercari comites nitebantur Eusebii favorem, cubiculicunc praepositū, apud quem (si vera dici debent) multa Constantius potuit. O figuratum, sed asperum morsum! multum erat, illum horribitionē Eunuchum, aliquid apud Imperatorū posse; at ille invertit, & quasi ipse potens rerum & arbiter esset. Multa, inquit, apud illum Constantius potuit. Eo veniunt descenduntque isti, qui domesticis regimētū sui prabēt. In Claudio Imp. nonne olim simile? qui libertis uxoribusque addictus (ait⁴ Suetonius) non Principem se, sed ministrum egit. Vnum hoc incommodum, Indignitas: adde alterum, Prædationem. Iste enim rapiunt, exhausti, vendūt omnia, & prædas agunt. Crēbrum oīsmalū & in historiis frequens, præpotentes liberti aut eunuchi, Sprevit Alexander Imper. (bonus & varie imitandus) qui ut Lampridius ait, Eunuchos nec in consiliis, nec in ministeriis habuit, qui soli Principes perdunt, dum eos more gentium aut regum Persarum volunt vivere, qui à populo, etiam amicissimum Principē removent; qui

* Lib.
xxviii.
Dille-
rium in
Constā-
tiūnū:

Cap.
xxix.

Rapaces
hoc ge-
nus.

inter-

internunciī sunt, aliud quam re-
spondetur saepe referentes; clau-
dentes Principem suum, & ante
omnia agentes, nequid sciat. Qui
cum empti sint, & pravū fuerint,
quid tandem possunt boni sapere?

Bonus, cautus, optimus vendi-
tur Imperator.] *Dilectum hoc & PAG. 115*

guerela Diocletiani fuit, de quo Vo-
piscus: Sed ego à patre meo audivi, In Au-
diocletianum Principem, iam pri-
vatum, dixisse, Nihil esse diffici-
lis vox.*

Colligunt se quartuor vel quinque, at-
que unum consiliū ad decipiendū Imperatorem capiunt, di-
cunt quid probandum sit. Impera-
tor, qui domi clausus est, vera non
novit: cogitur hoc tantum scire
quod illi loquuntur: facit Iudices
quos non oportet, amoget à rep.
quos debeat obtinere. Quid mul-
ta? ut Diocletianus ipse dicebat,
Bonus, cautus, optimus vendit
Imperator. Nec dissimile, quod Mis-
thenus Prefectus pretorio, vir lauda-
tus, Gordiano Augusto, & generi suo
scriptis, apud Capitolinum: Evaluisse Contra
nos gravem temporum inactu-
Min-
lam, qua per spadones & per il-
frosim-
los qui amici tibi videbantur probos.
(erant autem vehementes ini-
mici) omnia vendebantur, volu-
li prati

ptaci nobis est, & eo magis quo tibi gratior emendatio est. Neque enim quisquam ferte potuit, datae enuchiis suffragantibus militum præposituras, negatum laboribus præmium, aut interemptos aut liberatos, pro libidine atque mercede, quos non decebat: vacuatum æratium per eos, qui cottidie insidiosissime frequentabant: initas factiones, ut tu deciperetis, cum inter se de bonis pessimi quicq; haberent consilia tibimet suggestiona: bonos pellerent, deraestados insinuantur, omnes postremo suas fabulas venderent. Diis igitur gratias, quod volente te ipso emenda ta resp. est. Delectat sane esse boni Principis sacerdū, & eius qui omnia requirat & velit scire, & qui pepulerit homines, per quos antea velut IN AVCTIONE POSITVS NVNDINABATVR. Que talia inter dii diffusus exsequor & repono, ut in aliena uitiorū imagine, sua Principes videant. Et dannent, si habeant, ex secentur & abstineant, si non habet.

IN CAPVT X.

De Administris, eorumque lectione.

PAG. 116 **E**LIGI suadeā cum cura.] Et me cum Cassiodorus, in persona Theodorici regis: Ad ornatū palatii credimus

dimus pertinere, aptas dignitatibus personas eligere: quia de clatritate servientium, crescit fama stri, laus dominorum. Tales enim proveheret Princeps decet, ut quoties pro-pum. cerem suum fuerit dignatus aspirare, toties se cognoscat recta iudicia habuisse.

Vt genus iis honestum.] Enim Presu- vero interest, & de his talibus spes pto me omnino maior meliorque. Theodericus lior de item rex, apud Cassiodorus: * Provi-

Nobilitatē nostrā ratio est, in tenera bus, atate merita futura tractate, & ex * 11. Var. patentum virtutibus proliis iudi- care successum. Quia bona certa sunt, quæ fidem ab exordio tra-

hunc, dum origo nescit deficere, quæ cōsuevit radicitus pullulare.

Futurū etiā cursu pecenni fontium Vt fons,

vena vitalis, & hanc conditionem ita ri-

sustinent cuncta manantia, ut sa- vuli.

pot, qui concessus est origini, nisi

per accidētia fuerit forte vitiatus,

nesciat rivulis abnegari. Argue et-

iam in omni nobilitate, et si corrupta,

generosum tamen aliquid & ambitio-

sum inest: Habet autem, ait Seneca,

hoc optimum generosus animus,

quod concitat ad honesta. Ne-

Boni

Minis-

tritatem

famam

stri,

laus

domi-

norum.

Princi-

peps

xv.

epist.

xv.

dens, hoc quoque servabat, ut [a] mandaret honores (*Taciti verba*) nobilitatem maiorum, clatitudinem militiae, illustres domi arti spectando, ut satis constaret non alios potiores fuisse.

Causa Vilius ille, qui tantum viles sibi pulchra, admovet.] Negue hoc tantum, sed cur vi- les non promo- nendi. causa etiam alia accedunt, Dionisio Casio, in Agrippa sua storia ad Augustum, dicit. [b] Si temp. inquit, ignavis & non magni pretii hominibus committas; statim & nobilium ac strenuorum iram in te provocabis, ob contemptam eorum fidem; & maximis in rebus damna patieris. Quid enim praeclati homo vilis aut ignobilis gerat? quis hostis eum non contemnat? quis socius ei obediat? quis militum non dedignetur sub imperio eius esse? Enimvero quae mala inde manare possint, nihil opus habeo apud scientem dicere: hoc tamen omittendum non est, hunc tam, si rem male gerat, plus tibi damni, quam ipso hostes, datum; si recte aliquid egerit, statim eius mentem, bonatum artium expertem, amentiam & stoliditatem completerum iri, eumq; ex eo cibis ipsi formidolosus fore. Causa sunt,

qua

AD III. LIB. POLIT. 501
gue appensa pondus habeant, & uti- que ista postrema. Itaq; Turcarū in- Aliter stitutū, haud satius mihi probable, qui Turca. ex militari sola virtute promovent, generis nullo adspicatu. Tegitur tamen hac tenus culpa, quia nobilitas ibi sub- lata, & prater unum Dominum eius- que stirpem, reliqui servorū loco sunt. Nisi ramen, quod una hic ratio dari. Et caus- posít, fides & obstricatio maior tenuiū, sa- cum facti grandes. Ammianus tan- git; de Ioviano, qui sub initia undique se firmare volebat: * Malatichum ex Lib. xxv. familiaribus negotiis agentem et- iam tū in Italia, Iovino iussit suc- cedere armorum magistro per Gál- lias: gemina utilitate preſpeculata ut & dux meriti celsoris, ideoque suspectus, abiret ē medio; & homo inferioris spei ad sublimiora pro- vectus, auctoris sui nutantem ad- huc statum studio fundaret ingē- ti. Et profecto beneficiarii beneficū suis ferre adharent, vel sua causa: & indi- cavit Livius, de centum Senatoribus à Tarquinio Prisco alleliū: + Factio, inquit, haud dubia regis, cuius be- neficio in curiam venerant.

Excipio, si eximia in aliquo vir- tuts.] Multa exempla sunt reip. tali- bus feliciter communicata, Plutarchus Virtus & solam virtutē considerari vult, in inspiciē- Sulla: ὥστε γέ κανογός & ζητεῖ τὸ δα.

εκκενώτι, ἀλλὰ καύσα, καὶ οὐδεποτέ πάντα
εἰ τὸ εἴπει πάντας, τι γένεται εἴπει πάντας ἡ μία
νοσογόνη, ἔτοι δὲ πολλαπλής ἡ μηρόθη-
ση? Τοῦτο τοιοῦτος, οὐ μόνον ἡ ἀρχοτα-
τικὴ δύνη, ἀλλὰ ἐπί τούτων. Ut enim ve-
nator non querit quod tali cane-
natū sit, sed canem; & eques
equum ipsum, non quod ex equo
(quid enim si inulus ex equo na-
tus sit?) ita vir politicus tota via
erraverit, si in rectore nō requirat
quis sit, sed è quibus. *Claudianus*
convenienter, in Stilliconis laudibus
ponit:

* -- lectos ex omnibus oris
Evehis, & meritum, numquam
cunabula queris,

Et qualis, non unde fatus.

Ita isti, quod adversum prerogative
nobilitatis videatur à nobis asserte; sed
de eximia scilicet virtute loquimur. Et
ubi paritas aut concursus, Nobiles ar-
te habendi: imo etiam si paullū infra.

Meliorem esse temp. & prope tu-
tiorem, in qua Princeps malus.]
Causa, in eodem Lampridio additur:
liquidē unus malus potest à plu-
rimis bonis corrigi, multi autem
mali non possunt ab uno, quan-
tumvis bono, ulla ratione supera-
ri. Atque hoc est quod in Traiano de-
fiderabatur, pso optimo, sed paciente
& retinente ministerii mali.

Emitus

Emitus sola virtute potestas.] O PAG. 117

bonum Principem, qui sic facit! ô sta-
tum felicem, ubi id facit! Sed rara hac
eleffio, & vel optimi Principes mi-
scens. *Theodosius rex, in Caesiodoro: Favor*

*Dignitas dum ad incognitum ve-
nit, donum est; cum ad expertum, prove-
compensatio meritorum. quorum*

alter, debitor iudicii; alter obno-
xius est favori. Hos enim aestima-
tione subvehimus, alios gratia
promovemus, & ad omnes indul-
gentiae vias se nostra relaxat hu-
manitas. Ille vero fateur, quod res
est: & *Gratia persæpe in comitia hac*

venit, an non & Pecunia? fortasse, sed Interdū
*ó turpe, imo & exitiosum! vel hac & Mer-
cassa: quod rara in talibus integri- catura.*

*tas, & corrumpuntur facile qui cor-
rupere. Alexander Severus dicebat:**

Ego vero non patiar mercatores
potestatum, necesse est enim ut
*qui emit, vendat. Pariter Seneca: **

Lampr.

De Benef.

I. cap. xv.

*Provincias spoliari, & nummariu-
tribunal, auditæ utrumque licita-
tione, alteri addici, non mirum:
quando, quæ emeris vendere, gen-
tium ius est. Sed & *Ludovicus Due-*
*decimus, res Galliarum, de talibus so-
litus dicere, Eos quod aversione*
*emissa, singillatum postea ven-
dere. O Francia, quod iaces & peris,
hanc habes vel inter primis causas.**

I I 4 In

In Principem culpa cunctorum
redit.] *Macenas ita Augusto, apud
Lib. 111. Dionem:* * Nulli amicorum aut
In Mi- officialium tuorum nimia est in-
nistris indulgenda potentia, sed ita iis mo-
Princeps derandum, ut ne te in culpam aut
peccat. reprehensionem coniiciant. Quid-

quid enim hi recte vel sequius
egerint, id vero tibi adscribetur,
talemq; re cuncti censemunt, qua-
lia eos facta exercere permisit.

*Permitte- Ipsi autem ratio, que in poëta nostro
tere adiungitur, libere peccare, qui non
quasi iu- vetat: prorsus eadem in Philone con-
bere est. cipitur, contra Flaccum. Is enim cum*

*Agrippam regem, Alexandria passus
effet illudi, atque ipse ibi Praes; obiicit
ei Philo, & addit: οὐδὲ διπλάσιον ἡ τὸ παντερόν ἐπέχειν ἀνδρὶ,
εἰ μὴ πακῶντες, δῆλος λόγος ἐφίεται
θητές εἶναι αὐτὸς. Qui enim casti-
gare, aut saltem cohibere, cumpos-
sit, nec cohibet; palam est, eum
permittere & pæne mandare.*

Omnis ministros civibus &
reipub. praefter.] *Theodahadi regis,
apud Caſiodorum, dictum praclarum:* * A domesticis inchoate vo-
lumus disciplinam, ut reliquos
pudeat errare, quando nostris co-
gnoscimur excedendi licentiam
non probere.

Ille ad civilia, hic ab bellica na-
tura

AD III. LIB. POLIT. 505
tura aptior.] *Quod Homerus quo-
que, ut plerique prudentia huius sa-
cientie, sic revelavit:*

* Αὐτὸν μὲν μέντοιν, οὐ δέ τε χεῖ Iliad.p.
πολλὸν εἴρει.

Vnus consiliis, alter præstantior
hasta:

*de Polydamante & Hestore ab eo pro-
latum. Et Polybius illustri exemplo
hoc notavit in Arato Sicyonio, qui ad De
civilia omnia mirifice usus est appo- Arati
situs, trepidabat in bellicis: nec exsequi ingenio
aut facere, cor aut corpus eius firma. Ipsi notable.*

*Polybii verba compendio dabo: * Ara- Lib. i.v.*

*tus, inquit, erat in rebus civilibus
vit undique perfectus. facunde lo-
qui, prudenter cogitare, industrie
cogitata exsequi, haec omnia pote-
rat: discordias etiā civiles leniter
ferre, & amicos adiūgere, & socios
facere, inter primos artifices. Tum
etiā insidias, fraudes, subfessus in
hostes comminisci, eademque ad
exitum deducere, ob tolerantiam
& audaciā, efficax maxime aprus-
que erat. Hic autē ipse, siquando
in aperto acie dimicare veller, se-
gnis in cōsiliis, timidus in aggre-
sionibus, nec aspectu quidem aut
vultu pugnam tolerans. Ideoq; &
Peloponnesum replevit trophæis,
sed in se erectis. Adeo natura ho-
minibus non corpora solum, sed*

animos dedit dissimiles varianteſque, ut idem ille vir non ſolum erga reſ diverſas diuerſe ſe habeat; ſed & in iis quæ ambiſiles, alias ſapiențiſſimis videatur, alias cardiſimus, itemque & audaciſſimus, & timidiſſimus. Neq; hæc inopinata nimis aut paradoxa ſunt, ſed nota & familiaria iis qui volunt in tendere. Nam ecce & in venatibus alii ſunt audaceſ, feraſque ſubſtunt; iidem ad arma & contra hoſtes, degeneres. Sed & in bellicis rebus, alii in ſingulati certamine, & cum vir cum viro componi tur, acres & validi ſunt; iide communi ter in prælio & inſtructa acie, ignavi & nullius pretii. Thel falorum equites turmatim & cōfertim ſi ingruant, intolerabiles ſunt: extra aciem, in tempore aut loco viri timi pugnare, timidi, & inutiles. Atoli autē contra. Scilicet magnus ille Deus hoc voluit, aliud eſſe aliis, nec in omni re unum eminere.

* partitim ſingula quemque Nobilitant, hunc forma decens, hunc robur in armis, Hunc rigor, hunc pietas, illum ſolertia iuriſ, Hunc ſoboles caſtique theori.

Atque ut aliud poëta ait:

* A'νω μὲν δέ έσωνε θείς πολιτεία ἐργά,

AD III. LIB. POLIT. 507
Α'νωδ' ὁρχήστη, ἐπέρθη γάρ εἰ
καὶ ἀστήσιον.
Illi bellica nempe Deus dona vit, at illi
Saltate, arque alii fidibus cantu que valere,

Principiū inclinatio in hos, PAG.112
offenſio in illos eſt.] Quis non eſt Felicitas
ridicule animadverteret? & eſt ſane in hu quodſdā
promotionibui ius aliquod etiam for promo-
tione. Tacitus de Vespafiano: * Mult vet, &
tus praefecturis & procurationi bus, plerosque senatorii ordinis ſuus Ge-
honore percoluit, egregios viros
& mox ſumma adeptoſ, quaib[us] ſumma fortuna pro virtutib[us] fuit.
Sed & ius hoc eſt diviniſ regib[us], ſuus Ge-
ut in Homero legi, alium virorum Odyſſ.8
odiiffe, alium amare. Itaque ar-
gute Casiſdorū: Non eſt maius
meriticū, quam gratiam inve-
niſſe regnantium. Quid, quod ipſa
elecțio viſa initio abſurdior, ſepe po-
ſtea laudatur? Vere enim Tacitus:
Multos in provinciis, cōtra quam
ſpes aut metus de illis fuerit, egif-
fe, excitari quoſdam ad meliora
magnitudine rerum, hebeſſere
alios.

IN CAPVT XI.

Præcepta Adminiſtris.

AVDACVLI.] Seneca de Tranquili- PAG.119
tate: * Quorumdam parum Lib.1.
ido- cap.IV.

idonea est vetercundia rebus civili bus, quæ scirnat frontem desiderant: quorundam contumacia non facit ad aulam. *Medium ergo tenendum, ut & fiducia adsit, & contumacia absit.*

Sine iactantia agite.] In quo pec-

Iaellan-
tia edig-
sa.

Aulici
mores.
ii. de Be-

nef. cap. v

Lib.
LviII.

*cant sepe aulici, & odia atq; invidiā provocant frustra. Talis ille Heraclides, potens apud Phillipum Macedonem, & ex vili humiliisque evertitus: de quo Polybius, τοὺς μὲν ταῦτα οὐ πέπειραν, αλλὰ πλην τούτων καὶ τοῦ μηχανῆς τοὺς ἐπίσημους κολαιατάτους adversus inferiores severus maxime & superbus, erga superiores in primis adulator. Atq; isti iidē, de quibus Seneca, regiae potentiae ministri, quos delectat superbis sue longum spectaculum, minusq; se iudicant posse, nisi diu multumq; singulis, quid possint, ostendant. Nihil cōfestim, nihil semel faciūt. In iuria illorū praecipites, beneficia lentasunt. O penicillum, non calamum, & quo temperis etiam nostri egregie mores effinguntur! Sed & à Dione, de *Seiano illo, nō altero à Tiberio, sed altero pene Tiberio: Is, inquit, homo & superbissimus studiose ab omnibus colebatur, salutabatur, deducebatur. Omnia enim acriter, & maxime procerum, observa-*

AD III. LIB. POLIT. 509
servabat & verba & nutus. Nam qui propria potentia nituntur, neque salutationes aut hæc obsequia valde requirunt; & si omissa fuerint, virtus non vertunt, ipsi nempe sibi consciū contemptu sui hoc nō factum. Qui vero fūco & adseitio splendore utuntur, ii omnia talia magno opere, & tamquam ad dignitatis suæ culmē pertinentia, requirunt, & nisi consequantur, graviter fecunt ut abiecti, & irascuntur quasi iniuria affecti. Ideoque istos magis pāne, quam ippos Imperatores, vulgo observant, & circa eos satagunt: quoniam apud hos siquid peccatur, virtus censeretur remittere & ignoscere; apud illos, imbecillitas & vitium inopia, contra autem ulcisci, facere ad stabiliendam ostentandamque potentiam arbitrantur. *Tales isti, qui potentiam suam non bene ferunt,* & ideo nec diu sepe ferunt.

Ad auctorem & ducem, ut mini-
ster, fortunam teferas.] Valde hoc Filices
observandum, praesertim in bellicū, in felicium
quibus haud temere alios volunt emi-
nere. Ad Principem igitur refer, cu-
ius auspiciis pugnas, per eius fortunam
(ita res est) fortunatus. Dirigit enim
bac suprema Providētia, & ministros
queque astollit, aut deprimis eis, in
quo

quo alterutrum vult fieri. Germani
hoc erga Principes suos servabat olim:
& illum defendere, tueri, sua quo-
que fortia facta gloriae eius assi-
gnare, præcipuum sacramentum
erat, ut Tacitus scribit. Simile Gallo-
rum Devoti.

Reges
glorie
avidi.

Orat. ad
ep. Phi-
lippi.

Lib. vi.

Lib.
xxxv.

Hæc est conditio regum, ut ca-
sus.] Quod ingenium regum in uno
Philippe Macedone bene cœpisset De-
mocritheus: Eum ita gloriae cupidum
esse dicunt familiares, ut omnia
prætelata facinora sua esse videri
velit, & magis indignetur duci-
bus ac præfectis qui prospere &
laudabiliter aliquid gerserint, quam
iis qui infelicitate & ignave. Ipse
hic affectus in filio Alexandre, de quo
Curtius: Quippe Alexander hostes
vinci voluerat, Antipatrum vicisse
ne tacitus quidem indignabatur,
sux demptum gloria existimans
quidquid cessisset alienæ. Suspirat
idem & instillant Antiocho regi in-
terioris autici, apud Livium: Ipsam
eam gloriæ belli, qua, velut dote,
Annibal concilietur, nimiam in
Præfecto regio esse. Regem conspi-
ci, regem unum ducere, unum im-
peratorem videri debere. Denique
consensu ita reges: & patrum quoque
memoria legitimus, (ut vetustiora omittam)
quicunque res magna sub regi-

bus

bus gessere, ad extreum aut in offen- Magni
sa, aut in exigua gratia suisse. Testor Ducus,
Alfonsum Albuquerkiū. quippe fere post-
raque Indie Orientalis Lusitano regi eane-
sus subiecit: at idem accusatu maioris glechi,
spei, & suspectu denique, revocatus
in patriam est, & morte opportuna
fortasse ignominia excepit. Simile in
Duarte Pacieco, qui post magna me-
rita, in custodiā & vincula coniectus
etia fuit, & in clara innocentia libe-
ratus tandem, sed ut in paupertate se-
nesceret. Consalvum Magnum, &
Ferdinandum Cortesium, nec ipsos:
parē gratiam meritis retulisse, aliquis
arbitretur & dicat. Quid causa est?
beneficii magnitudo, cui reges dolent &
nolunt obstringi. Noster Tacitus: De-
strui per hæc fortunam suam Cæ-
sar, imparemque tanto merito re-
batur. Nam beneficia usque eo laxa
sunt, dum videntur posse exsolvi:
ubi multum antevenerit, pro
gratia odium redditur. Sed & simi-
le hic quod in arboribus, sub quarum
umbra, ubi tempestas est, configimus:
cum deferenavimus, ramos frangimus, &
abimus. Addam prudentissimi Com-
muni sententiam: Meini regem (Lu-
do vicum) mecum sic loqui, ut dice-
ret, fieri aliquando ut operæ nava-
tæ laudabiliter minus pretiū sit,
idq; culpa eorum qui davassent:
dum

dum elati quadam confidētia, insolenter & proterve se gererēt. Atque addebat, felicem esse, eius sententia, cui rex nullo suo magne merito beneficiū conferret: atq; id præstare, ut obstringatur aliquis Principi, quam ut illū habeat obstrictum. Se quoque hoc ingenio esse, ut plus amaret, qui ob beneficētiam sibi deberent, quam alios quibus se debere putaret. *Claudit deinde Cominæus:* Tā est difficile in omni genere vita sic se gerere, nō impingas: magnumq; est Dei dominū, valere sensu communī, & iudicio naturali. Praeterea omnia: sed age tu Cominæ, qui hæc scū & præcipiū, satis necavisti: naturalis tua prudētia se p̄spit aut munivit? accepisti plagam, & in tua arena circumventus es ab aulicis; qui, mortuo rege Ludovico, effecere calumnias ut in carcere cōdereris, per triennium fere servareris, deniq; capiū causam ipse diceres, nō patrocinari quidem quoquā ausū. In ludibria vita & iactationes hominū! quibus nihil usquam, per ullam sapientiam, est certi: non certe in ludibrio ille culmine & fastigio Aula. Licet dicere:

Laberius.

* Summum ad gradum claritatis veneris.

Confistes ægre, & quam descendendas, dēcides.

Cecidi

Cecidi ego, cadet qui sequitur.

Atq; būlivoribus aut periculis exte. Exteri ri maxime sunt expositi (ut ille ipse subiecti Comineus:) quod monuit Polybius*: Invidie. Xanthippus, restitutis Carthaginī. * Lib. 1.

ensū rebus, paullo post in patriam redit, optime sibi consulens. Nam res egregie gestæ & præclaræ faci-nota invidiam & calumnias ignore solent, quas cives quidē aut indigenæ, amicorum & affinium copia atque opera, posunt repellere, at exteri facile & statim ab utroq; isto vincuntur, & periclitantur. Est in mente magnus Trin-ceps, qui voces & suspic̄iones, in diu-nititate Prefecture & fortuna se-candant̄, nō effugit: maior futurus, si in vigore fama, & tēpētive discessi-set. *

Plus archiv. igitur sapienter mo-In tem-nitus: Eīrāi tira η πολιτική αρχαίδες pore ab-ηγετάνουν. ή ρδ αθλητικῶν ἀγάνων sceden-tēd πολιτικῆς ὥδες ή πόλος ἀκρύλης η δυν. ὡραὶ κατηπέσονται εἰλίχεδη. Esse & * In Lu-politie ciues finē quemadac ter-minū, nec minus civilia certami-na, quā athletica, vigore & tempore destituta, vituperati ac coargui.

Gloriā impositæ summa manus PAG. 121
illis relinqueret.] Hoc scivit iā olim
& fecit Ioab, magister militia Davi-dice, de quo libri sacri*: Misitque 11. Reg.
Ioab nuncios ad David, dicens: cap. xi. 2.

Kk

Domi-

Dimicavi adversum Rabbath, & capienda est Urbs-aquarum. Num igitur congrega reliquam partem populi, & obside civitatem, & cap eam: nec cum à me vastata fuerit urbs, nomini meo adscribatur Victoria. Ergo, uno verbo, gloria omni Principi adscribenda, & vindicanda. Quam fecit hoc vane, aut stulte potius, ipse Princeps Constantius de quo Ammianus: eum, edictis propositis, se solum (cum gestis non adfuisse) & dimicasse & vicit, & supplices reges gentium exilie, aliquoties scripsisse: Et talia, quae sine risu aut miseratione fatua superbia nemo legat.

Patiens iniurias ferendo, & gratias agenter opus do. [Tacitus & hoc indicat: Egit gratias, qui finis omnium cum dominante sermonem. Cur autem non ita faciant, qui in aula beatitudinem quaerunt? Aristippus prebit, versutus philosophus, qui cōsputus à Dionysio, cum nihil moveretur, & quidam micarentur: Nempe pescatores, inquit, ut gobium capiant, aquis patientur se adspargi; & ego ut balzannam, non patiar sputo madidari? Addo Senecam: Potentiorum iniuriae hilari vultu, non tantum patienter sunt ferendae, facient iterum, si se fecisse crediderint.

Qui

11. De
Ira, cap.
xxxiiii.

AD III. LIB. POLIT. 515
Qui secretis criminationibus infamant.] Contra quos quid remedis? calumna. Expostulat cū Deo Chonates in hac via. re: O inspecto omnium oculi, quem nemo fallit, cur connives sāpe in his hominū, & gravioribus etiam, culpis? nec statim immittis ignes & tonitru & fulmina, sed vindictā supersedens differs? Impervestigabiliter tuum iudicium, & humanitas ratiociniis inaccessum: nisi quod sapiens profecto es, & norma certa utilitatis, eti nos teatū mēte præditos id latet. At enim venator aliquid serpentem, aut leonem densa iuba, qui in montib⁹ videt vel audit, statim declinat & effugit: sed & maleficus aut latro exorabilis est, & precibus aut lacrimis molestus: virum vero qui proximo & amico malū in corde machinatur, aliudq; sentiente aliud loquentē, inulta sapientia est evadere, & ad diuinum auxilio p̄der. Pramiserat vero idē de Theodoro Styppiota, per Camateri Logotheta calumnias everso: accusaret deinde præcepta: Ecce eos amulos, quantū potest, observādos, qui in genio moribusq; parum liberalibus & occultis sunt prædicti, & singulam habent à corde dissidentem. Ante omnia vero, custodiām ori ponendā, nec sinere linas.

516 NOTAE
guam temere evagati dentium se-
ptum & labiorū propugnaculum,
quibus à natura, velut duplice val-
lo, est circumdata. *Bene*, & silen-
tium aut circumspicitus sermo optima-
hic arma.

Laudā Quo incautior decipiare, palam
do ever- laudatum.] *Id vero argute mali-
tere.*

Lib. v. *Excerpta* ex Apelle. Excerpta
fi animo pusillus est.* Polybius exem-
pli & sententia id docet, de Apelle
quodam subdolo calumniatore, qui
cum Aratum apud Philippum Ma-
sedonium regem traduxisset, ac falso
compertus esset; non ideo destitit, sed
transfulit deinde calumniam in Tax-
tionem quemdam, qui Peloponnesi
rebus praeerat. Hunc non accusa-
vit, sed laudavit, afferens dignissimum
esse, qui cum rege ipso in
caltris atque acie ageret. Addit
deinde: Καὶ γέρος δὲ τὸν δόκιμον
τείχος διαστάθη, τὸ μὲν ἡγούμενον
ἀλλ' επαινεῖν ταῦτα λαυράνεσθαι τοῖς
λαζαραῖς. Novus enim calumniae mo-
dus repetitus iste, non culpantes;
sed laudantes, laedere atque eve-
tere alios.

PAG. 112 Nihil terum mortalium tam in-
Incerte stabile & fluxum.] *Qua secula id*
Aulae. non docent? vetera media, nostra, In-
ter

AD III. LIB. POLIT. 517
ter veteres, Ioab ille vir acer, callidus,
militia Davidis & consiliorum arca-
norum arbiter, cum à vivo rege non
evertitur, iussus est cedi à successore.
Quid Apelles inter Græcos ille à Phi-
lippo rege proximus, eo iam gradu &
opibus, ut ab ipso timeretur, momento
hora deiicitur, desertus ab iis qui an-
te stipabant & colebant. * Polybius Lib. v.
ita narrat: Aratus flagitia & super-
biā eius regi aperit, ad vindictam
stimulat: & rex id secum statuit,
sed ita alta dissimulatione, ut mē-
tem hanc eius nemo sciret. Voca-
tur Apelles. ille fidenter veniens,
& quasi omnia ex sententia patra-
tur, simul ac conspectus esset, ex
Chalcide Corinthum venit. Cum
appropinquasset, certatim satellitii
inilitumque Præfecti, cum ipsis
militibus obviā procedunt, agmi-
ne & pompa in regiam deducunt.
Cum autē ingredi statim, ut con-
suerat, veller, ianitor quidam præ-
stolari eum iussit, occupatum in
præsenti regem dicens. Apelles no-
vitatē rei demirans, hæsic abundus
aliquādiū constitit: mox mæstus,
inopsque consilii, inde discessit.
Comites illi omnes subito dilapsi,
ut deniq. solus cum servulis suis
domum pervenerit. Paullo post ea-
ptus cum filio, vincitu, & intercessus
Kk 3 eff.

Aulici
calculis
similes.

Sen. de
Tranq.
lib. I.

est. Sed post priora illa, Polybius opposite addit: Parva omnino inter- valla temporis, omnes homines atcollunt rursumq; deiiciunt, ma- xime vero eos qui in Aulis ver- fiantur. Revere enim isti ad similes sunt Abacorum calculis, qui, ut se- cundum voluntatem calculatoris, modo obolum æcum, modo ta- lentū valent; ita Aulici, ad nutum Principis, modo beati, modo mi- seri fiunt. Atq; hoc in Apelle exem- pli: quā geminum Roma, in Seiano qui duis Tiberii Augusti potens, & ad instar eius status, honoribus, cultus, tandem una epistola subversus est, & caput illud toto orbe secundum, uicem poëta dicam, laqueo præbuit, & cadaver suum opprobriis, lacerationi, unco. Quo dic illum Senatus de- duxerat, populus in frusta divisi: in quem quidquid congeti pote- rat, dii hominesque contulerant, ex eo nihil superfuit quod carni- fex traheret. Et similis potentia at- que exitus Plautiani, sub Antonino: qua in Dione Caſio lege. Iam in aro posteriore, apud Hispanos quam nobile documentum fluxæ potentia Alvarus Luna est? Amabat & avehebat eum Joannes rex Caſtella, super omnes ho- mines & amicos. Opibus, titulis, preſe- fūris, costidie augebatur, atq; ita re- gen-

AD III. LIB. POLIT. 519
gem suum fecerat, ut vel bellum eius canſa gereret cum vicinis regibus, & cognatu. Nulla res in maiore fama & inuidia, quam iste amor: atq; iū satis diuturnus. Sed quis exitus? Sicut di- visiones aquarum, sic cor regis, ait Hebreus sapiens. Occulte abduxerat se ab Alvaro, sed quantum amaverat, denique paucis consciis, in oppido Bur- genſi, sagaciter hominem in vincula con- cit, damnari per sententiam iubet, caput abscindit, & in foro per triduum ostendi. O caca mortalitas! tu ille su- perbus paulo ante & insolens, ubi es? quides? defixi esse, & tot annorum cumulata felicitas subito turbine quaſ- fata & evera est. Vere tu predixeris

Alvare, nō sine mali preſagio: admi- rantibus aliis fortunam tuam & apud te prædicantibus, Improvidi, ne cedi- Alvari- ficiūm ante finem operis laudave- ominis- ritis. Sed mihi finis non sit, si exem- di illum. pla cumulem, obvia, ut vere dixi, in omni aro. Claudiamus Sidonii verbis appositis: Peticulosam regum fa- Lib. III. milicitarē esse. quorū consue- Ep. III. tudenem spectatissimus quisq; flā- Sidenii matū naturæ bene comparat, que egregiū. sicut paullulum à se remota illu- minat, ita satis admota sibi com- burtunt. Nota Aulice. accede, insi- nua, ama, amare; sed non nimis. Speciem magis in amicitia Prin-
cipis,

cipis, quam vim certinent.] *Imagi-*
ne ad hanc rem usus pater Themisto-
clis: quem cum à rep. gerenda vellet
abducere, ostendit ei in litore trite-
mes veteres, abieetas iam & con-
tētras: tales administratores reip.
esse, cum non ultra ex iis fructus.
In Plutarcho.

Aratæ aliqua vox erumpat.]
Nam & Aratus inter exempla infida
regia amicitia, qui Philippo Macedo-
ni diu carus utilisque amicus, veneno
tandem ab eo tolli iussus est lento, &
sensim occidente. Non latuit Ara-
tum, sed cum aperire, mederi non es-
set, tulit tacitus: nisi quod amicorum
cuidans Cephaloni, in cubiculo, cum
eo incoram sanguinem spissit: illo
admirante, subiunxit, rostræ tæ
ðmæxæ & tuævænæ qælaçæ hæc
sunt præmia regiæ amicitiae. Talis
Philippus, & alii: non sic nostri Av-
STRIACI (quod vere & in loco di-
cimus:) patientes ministrorum su-
rum, & ad extremum mites.

Otium
nobis an-
te Au-
lam.

Lib.vi.
cap.1.

Ista eveniunt, numquam mihi.]
Quid ergo aulam & totum hoc genus
damnamus aut despiciamus? absit: sed
Sicyonia ista aut cothurnos pedibus
*mei convenire, hoc nego. * Valerius*
olim, quasi Apollinis voce, dixit: Ma-
gis se probare securitate ridens tu-
grium,

gurium, quam cristem curis & so-
licitudinibus aulam. Nam hec duo,
etiam in optima ea esse, nemo exper-
tus abnegabit. Nos vero secessum &
otium querimus: quid tum & otium,
sed non ignaviam. Habet ubi se,
etiam in privato lare, explicit ma-
gnus animus: nec ut leonum ani-
maliumque impetus caveis coër-
cetur; sic hominum, quorum ma-
ximæ in seductu actiones sunt.
Vbicunque otium meum ab-
scondero, prodeße volam singulis
*& universis, ingenio, voce, consili-
 o. Nec enim is solus reip. prodest,*
qui candidatos extrahit, & tuetur
reos, & de pace belloque censem:
sed qui iuuentum exhortatur,
*qui in tanta honorum præcepto-
 rum inopia, virtute instruit ani-
 mos, qui ad pecuniam luxuriame-
 que curfu ruentes prensat ac retrahit,*
etsi nihil aliud, certe moratur;
in privato publicum negotium
agit. Hæc sapient Seneca: cuius
verba expressi; animum velim, ac
conor.

POLITICORUM NOTÆ.

IN CAPVT I.

De Prudentia, quam Propriam dixi.

PAG. 125

111. Polit.
cap. vi.

CONVSE viam aliquam signabo.] *Proprie & distincte vix potest. Aristotelem audis: ὁ πρεσβεῖ τὰς ἀλλαγές τέχνας, καὶ τὸ πολιτικὸν τάξιν ἀδιωκτανακεράτης τούτη γραφίους καθόλας γράναγκασι γραφίους, εἴ τοι πρέξει τὸ καθ' ἔργαν εἰν. Sicut in aliis artibus, ita in Politica ordinatione, fieri non potest ut omnia singillatim & accurate scriban-*

*Vniver-
salis* tur, Vniverse enim scribi necessum est, at actiones sunt rerum singulare preceptis larum. Enimvero eorum est, qui in mensu-
fructus, re & usu valent, ex his communibus formare sententiam & decretura in rebus singulis, & ad hanc velut normas adaptare.

IN CAPVT II.

De Prudentia Togata.

PAG. 126 *PRUDENTIA duplex est, Togata & Orat. de Repub. Militaris.] Bene enim hoc Salu-
ord. finis : Fitmunda est respublica, non*

AD IV. LIB. POLIT. 523
non armis modo neque adversus hostes; sed quod multo maius multoque asperius est, bonis pacis artibus. *Artes pacis ad Togam faciunt, atque hoc opus maius asperiusque merito dicit. Idem Livius: ardua. Excellentibus ingenii citius defuerit ars qua civem regant, quam qua hostem superent.*

Materies duplex, Res divinæ, Res *Duplex humanae.] Hoc quoque Strabo ita togata dicit, ubi de Moſe differit; Hoc à natura prædilecta hominibus est insitum, & tia. commune Græcis ac Barbaris, ut Lib. xvi. in politica vita, communis præcepto & legibus vivant. Præceptum hoc autem duplex est, aut de Diis aut de Hominibus: & plura addit, de vi religionis in animos nostros, & quam antiquis ea fuerit cura. At nos quoniam olim (ante annos pene sex) in reliqua capitu huius & sequentium super Religione scriptissimus, provocati ab importuno homine, & quem nec amici ament: iure visum eabie inserrere, & esse Netarum loco. Tu lege qui voles, en habes.*

IUSTI LIPSI
DE
VNA RELIGIONE,
ADVERSVS
DIALOGISTAM
LIBER.

In quo tria Capita Libri
quarti Politicorum ex-
plicantur.



ILLVSTRES
ORDINES,

LIBER in me nuper prodidit, cui an respondebam, iure dubitavi. Aut etor an ille est, cui debeam? homo inquietus, turbidus: & cui unum hoc studiu, litigare. Sicut canibus quibusdam insitu est, sine causa aut discrimine latrare: talem audiebam istum. nec iudicio haec scribere, sed morbo. Cum hoc me componerem, & velut includerem in eodem capo? quem & vincere inglorium, & a quo atteri sordidum esset. Facit enim se adversarii, ait Seneca, qui quis contendit, & ut vincat par fuit. Sed causa etiam silendi altera, ab ipsa scriptione. Nam qualis ea est? plebeia, futilis: & cõcepta plebeio quoq; stilo. Quotusquisque calet, si ego silē? nec deprimere adversarium meū possum, nisi ut attollam. Adde quod calumniarum conviciorumque plena: & corniculas citius in Africa, quāres rationesq; solidas reppererim in hoc scripto. Vetus ille versus hic valeat:

* Λόγες μὲν Εὐάλωγες εὐπορεῖσθαι. & flumen verborum ubiq; video-

mentis.

527
mentis vix guttā. Quid igitur reponam aut respondeā? seruum aliquid aut eruditum? non est occasio. convicia & dictoria? non est meum: & ita adhuc viximus scriptissimusque, ut nemo de nobis, de nemine queri etiam ego possim. Primus iste est (heu fatum Lipsi!) qui procaciter & ex supervacuo me lacescit. Quē uti miter, non adducatur: persuaderi tamen mihi passus sum, ut respondeam. sive quia publice interest, tam effrænum petulantiam reprimi & terunci: sive quia mea, calumnias & mendacia levi manu abstergeri, quibus nos aspergit. Dicit enim nec scripta mihi, nec dicta: aut certe non sic scripta. Tantū autem veritati obstrebit adulteri sensus, quantum & corruptor filius. Quæ ratio præcipue me movit, ut rescriberem: ne quis silentium meum in consensum duceret, & crederet approbata nobis, quæ non videret refutata. Sed fecimus tamen breviter, quoniā, ut ait Pindarus, θάρυψεν δίκαιος τρία Iustā ad ēπει δικριτός idemque modeste. caussam quia ut scopulus assilientes undas tria versine motu ullo suo frangit; sic nos ba suffi-convictiores istos, sine acerbitate crient. ulla aut ira. Dicta autem quædam aut loca miscuimus: cur nō licet?

Tertull. aduersus Hæres. cap.xvi.

Viri

* Sunt Herro dori verba, mer- timo- nium.

Adversus Valent. cap. vi.
v. ri magni, imo & sancti, fecerunt in simili genere: & bene* Tertullianus, *Multa sunt sic digna revinci, ne gravitate adorentur. Vanitati proprie festivitas cedit.* Hæc omnia ad vos,

ILLVSTRES ORDINES,
& ad vestrum tribunal deferimus: ut iudicetis tamen, non ut vindicetis. Nam mihi purgatio sola proposita est, non ultio: & averttere plagam voluimus, non inferre. Vos, quorum id munus mea&q; auctoritatis vestrae clypeo tegite: neu patiamini * innocentie plus periculi, quam honoris ifse. Atque hoc ea lege, si proba illa apud probos. Nam quod isti ea calumniantur aut carpunt: nihil est. imo hoc quoque boni argumentum, talibus displicere.

Sallust.
Iugurtha.

AD

AD LECTOREM QVEMCVMQVE.

VIDES rescriptum meum, Leitor, ex amicorum sententia potius, quam ex mea. Nam

mibi initio decretissimam fuit, non respondere: qui vetus illud memineram,

* Bacchæ bacchanti si velis ad- plaut. versatier,

Ex insana insaniorum facies, fe- riet sœpius.

Sed vicerunt iidem illi eo minus iam reluctantem, quod eadem opera no- TAS nostras daturus erā ad trina illa Capita; que in calumniam venerunt.

Nam quod illi tantum responderem: nuga, quis fructus? at aliquis ex hoc consilio, & scriptio, quam vides. Ut

eritiam ordine & velut presso pede scri- pto eius insisterem, non placuit, quid enim ille ordine dicit? prima, media, ultima, pleraque eadem: repetitio ubi- que & mixta, & quod Graci dicunt,

* ἀνάτε μία κόνις. Nos si quid ad * omnia rem fecit, non omisimus: convicia vix idē pal- attigimus quia scimus vis.

* Istunc thesaurum stultis in Plaut, lingua situm, pœn.

Vt quæstui habeant male loqui melioribus.

Et amplius scimus: * Aequo animo

Ll au-

audienda esse imperitorum con-
vicia, & ad honesta vadenti con-
temendum esse istum contem-
pnum. *Tu quisquis es Lector, in bona
causâ fave: & siquid est quod minus
pro vestro omnium gustu, scitote me
scripsisse & suafisse qua visa optimâ,
& * utilitatem iuvandi prætulisse
gratiæ placendi.*

Plinius
Prefat.

I V S T I

531
I V S T I L I P S I

A D V E R S Y S D I A L O G I S T A M L I B E R.

LIBRVM tuum legimus, &
quæ visum mihi responde-
re, hic habes. Pauca mole,
sed non pondere: & tu quoq; non
multa scripsisti, sed multis. Toto
libro placuit tibi non solum ιω-
νυλογίην, sed ταυτογένη, &, quod
poëta radicit, ὀβερρας ubique eadem
chorda. Lacon quidam ad lusci-
niam: *Vox es, præterea nihil.*

ORDIAR à capite & ab insa fronte
te tui libri. Tisulū fecisti: Lis sive titulum.
PROCESSVS INTER IVSTIVM LI-
PSIVM ET.] Nolle te hoc prescri-
bere, mali augurij est in principio la-
psus. Ego tecum litigo? nunquam fa-
ctum. Naturamea, consuetudo, vale-
tudo abhorrent ab omni litigio; & si
me non nosti, scito non esse pacatus
ingenium in Batavia uestra. Denique
ego tecum? si visum mihi litigare, alias
eret cum quo consererem manum.
Nam, ut ille ait,

-- trophaeum ferre me à forti Attius.
vitro pulchrum est.

Sin autem & vincar, vinci à ca-
li nullum est probrum.

*At tu quis es? ignotus es. immo tu
guis es? nimis notus es.*

*In Dedi-
cationē.* DEDICATIO sequitur, eaq; Ad Se-
natūm huius urbis.] Grata erit,
nisi fallor. Cur tamen adhunc potissi-
mum? quia ne olim hic turbæ? & in
fautores putasti turbidi tui animis
scripti? Sc̄i enim: & te quoque &
quid occulti ligni fug geſiſſe in ha-
flammam nos ſcimus. Sed mi hiom
erras, ille refederunt, & beata pax &
concordia iterum in hac urbe. Aole,
non eſt hic locus tuis flabris.

*De epi-
ſtolis.* EPISTOLAS deinde mea ſub iun-
ſis.] Quo exemplo? nullo bono, au-
me iudei- cuiusquam boni. Egone hoc fine ſor-
bit. pſi, ut ederes? per ſomnium non cog-
Proter- tavi. Hoc inconſpette, tollis è vita
ve. commercia aut certe libertatem litt-
erarum. Apud bonos ita ſolet, ut du-
bus ſcripta inter duos perēant. Tu ali-
ter eſto. Cur tamen, ſi viſum eas ede-
re, non edis ipſas? Veri, inquies. Iu-
ſane, ſed non in decentiorem formam.

Quid enim ſi parum fideliter? quid ſi
parum expreſſe? Vtrumq; verum eſ-
nam nec tu Latine nimis (ſine con-
milia dico) doſsus: & quod nolo n-
neſcire, multa ſunt in illis nbris pro-
prie & c̄ ſcripta, ad qui
vertenda tu non adſpiras. * Alita
longe catuli olenr, aliter ſues. At-
que ecce, Ordines, epiftola preciput
exemplar ipſum.

ACRITER tu cauſſam hanc non
Libertatis ſed Licentiae agis. Nefas
tibi interfici quemquā religionis
cauſſa. Quid ait? etiamne ſeditio-
sum? etiamne palam impium &
blasphemum? Vis enim non con-
ſtarē Principi quæ ſit proba aut ve-
ra Religio. Belle. Dic ſodes, in re
tam ſeria ludis? aut vis Academiā
iamdiu mortuam excitate, & fa-
cere omnia controverſa? Sed video
quid agas. Vis me definiſte quam
probam cenebam: & hunc quoque
tibi campum dare diſſerendi. Nō
faciam mi : : : : : , nec
nunc opus. Illud dogma noſtrum
quicquid firmū maneat. Vnam re- * Verte
ligionem (eamq; probam) in uno te in
regno teneri. Quid tu mihi lohan- omnes
nem aut Petru, & martyres addu- formas,
cis? Scilicet qui probā religionem nō ever-
oppugnat ſunt lohannes & Petrus. res.
Quin dic ferio quod ſentis. * Vis * Veriſſe-
quamvis religionē à quovis poſſe mū eſt,
oppugnari: aut tu quid in mea len- & ali-
tentia oppugnes non video. Sæva quoq; an-
est, iniquis. Quid ita? Statim enim nos iam
homines ad ferrum & ad ignem. nō aliud
Non ego: neerres. Et cave impo- agū.
nac tibi illa verba Vrendi & fecandi.

* Nun- 534 IUSTI LIPSI
quā fē- Pægymiūdus enim ille sermo est,
cisti: sed Latinis usurpat^{ur} in omni aspera &
in toto paulum immitiore medicina. Pu-
bocscri- pto Er-
rōnes cū niti nos turbidos Hereticos volu-
Turb- mus (verba mea * nota) sed non
toribus omnes uno modo. Ut criminū gra-
cōfundis. Morte ego mulctem. In prisca Ec-
* Qua- clesia nonne semper factum? utiq;
centene postquā ea respirare cœpit, & sub
sunt in Chtistianis Imperatorib^z attollere
Bibliū, paullum pressum diu caput. Si ex-
in Patri- empleis & auctoritatib^z ago, vin-
bus, in co: si rationib^z, una te vincit
Legibus. quod numquā societas aut resp.
* Ita sā- stabit, ubi tam indefinita hæc li-
ne: Am- bertas. Audi mi vir. Religionem
bigere de evertit, quisquis libertatem hanc
religionē Religionum inducit: ex qua con-
incipiūt, fusio, ex qua* contépus. Sed enim
mox a. auctoritatibus patrū non est agen-
sperna- dum, sed nudo meroq; Verbo Dei.
ri. Serio in omni re ^b externa tu hoc
b Nam sentis? nescio. Sed tamen si etiam
a' surdi illo scuto tegere me debeo, possū.
Politā Mæcenatem valde culpas qui hoc
omnē il- Augusto suaserit, impio tyranno,
luc a- inquis, & Chtistianorum hosti.
stringe- Vnde hoc tibi in mente aut cala-
re, qua- mo? Ille Christianorū hostis, qui
satu, si * Christianos fando non novit?
cū eo nō Replica Annales, docebūt te Chri-
pugnet.

ADVERS. DIALOG. LIB. 535
stum salutare verbi sui semen non Puerile
niſi ſub Tibertio ſpatiſſe, Plura erratum
ſunt quæ in tam uberi re poſſim: tuum
ſed parco, & reſervo me Notis: eſt; &
quas, Deo volente, dabo. Interea fruſtra
qui ſedate & puriter noſtra illa le- ſatagi-
ger, nec ſavitiam nec lenitudinem in pur-
incrépabit: & facebitur viam p̄ræ- gando.
ſcriptam, quam bono generis hu-
mani ineant hodie qui regnāt. Tu
ſi aliter ſentis, quin ſententiam
tuam potius promis, quam ſic per
dissertatiunculam hæc oppugnas?
Effusus licentiam omnes boni
viri abhorrent, & quibus exiguum
aliquod lumen mentis: ſi modus
coercendi melior apud te aut mi-
tior, ſcribe. Ego inter primos qui
amplectentur. Verum enim amare
didici: ſed contentiones etiam fu-
gere. &, quod Telemachus apud
poëtam quem vertiſti, de me pro-
fiteor,
* Λεύκαλέον τ' ἐσόμεθα, καὶ σὲ
δάκνοντες ἀλλέων.
Hoc tri-
guomo-
do ver-
qui libere provocasti. Acerbitas tas, vi-
certe abeft, & ſuim in te qui ſoleo, deat le-
I. Lipsius. Hor cui
Lugd. Bat. Kal. Aprilis. 10. xc. ridere
Alteram non pano, quia nec exem- placet.
plar quidem eius (neque tanti eſt) Sit qua-
ſervavi. lem tui
Sed ponis.

536 TUTSI LIPSI

Sed iam ingredere in actionē ipsam.
Et suaviter incipū dixerit iꝝ. Et. Et
primum, promis apud illos tuis sermones
causam qua impulerit te
ad scribendum: Videte perniciose
consilia quā publice promuntur,
valde peccaturum nisi detegas, cū

Censor publicus. Deus te præsertim idoneū aptum
que fecerit huic rei.] Itane Diode-
re? tu ille es qui censuram hic nobū
sino suffragio geris? tu qui provides,
nequid res publica capiat detrimentis?
Bene est. State firmi Batavi hoc tibi-

Custos. cine & destina. Sed tamen ego Ordī-
nes putabam esse, & Magistratus,
quibus hec cura. qui non admonere sō-
lum possint, sed compellere: & quibus
parere nos non volumus tantum, sed
debemus. Illi cum silent, tu loqueris?
imo illi cum probont, tu improbas?
Nisi tu unus plus sapu & vides, quā
ceteri. O misérèx, * Omnes vide-
mur nobis saperdax, festivi, belli,
cum simus copræ.

Solus sa- Querelā ad texū & scriptiōni caus-
piens. fām alterā, quod aliquoties pro-
vocatus à te ad colloquium, spre-
vi.] Heu, quod mare me purgabit! Tu
me ad colloquium vocas, id est ad tuā
auctoritas. L I T E M. ego renuo: quid peccavi?
Ignoscere liberum hic me censui, nec ob-
noxium imperio cuiusquā privati. Et
tamen quod colloquio hoc querebas,

nunc

ADVERS. DIALOG. LIB. 537
nonne prestisti? Nam de sensu meo, bi-
nū epistoli respondi; & satisfeci tibi,
etsi non satisfeci. Tibi inquam & in-
teriori tuo animo purgatis mus sum:
sed disimus, quia decretum tibi ve-
litari. Atque ego quam abhorruerim φιλεψή-
stola hec esto, quam ad amicum tuum
misisti: amicum, sed mortibus & ingenio
valde à te disimus. Ea hec est.

I. LIPSIUS H. L. S.

S. D.

OCCASIONEM mihi datam abs
teganden, ut promam animi mei
sensem. Tu utrique nostrum &
Paci amicus es, utrumq; audi. Pri-
mū queror. Quid ille vir sibi vult,
quod quasi dala opera in me in-
currit? In Cōstantia nostra nuper
imponere mihi voluit sententiā,
quā non dixi unquā, non scripsi.
Nunc simile. Adeo nemo aliis est,
qui aliquid scribat præter eius
mentē. Addo etiā libere. quid illi
cum Latinis meis scriptis, ad quæ
aliter responder, nec provocat me
iisdem armis? Sed hoc leve. Etiam
ne bene ea capit? ambigo: quia vi-
deo palā torqueti in alium & di-
versum à sensu meo sensū. In hac
ipsa re, quam clare scripsi *Hæreticos*
sedisiosos, turbidos puniendo esset

L 5 ille

ille ita accipit, quasi dixerim quos-
cumq; in religione ertones. Non
ne Capita mihi diversa facta , &
disparavi ? Si rectā disputandi viā
inire vellet, hoc ei docendum, *Pu-*
nendos non esse nec quidē tales. Dia-
lecticam scio te & illum scire. In
ea vitium est, siquid in Hypothesi
dictū, ad Thesim & communem
aliquem locum referre. Atqui ver-
ba nostra invidiam habent. *Vre, se-*
ca. Non nostra, sed veterum: &,
quod liquido ad eum scripsi, non
ita atē capienda , quasi fertum
nobis statim in manu aut ignis;
Absit, absit. Proverbialis ille sermo
est, à medicis sumptus, qui in pra-
vo aliquo ulcere utebāt, secabant.
Valet igitur, uti aspera aliqua me-
dicina. Nequid eum turbaret, ad-
didi: *Panarīs hic gradus esse,* & Tur-
batores quosdam Pecunia, alios Ex-
filio, ratos quosdam Morte à nobis
plecti. Hæc scripsi. ille quid? re-
spondet èdèr wōgē ēmē, & acerbe ac
cōtumeliose agit: quod ex litteris
eius, si voles, videbis. *Quinetiam*
Cardinalem Granvellanum mihi
obiicit, & quod hauserim hæc ab
illo fonte. Obsecro te, hæc modesti
aut philosophi hominis sunt ? ut
omitram, quod passim impietatis
me arguit, & quasi essem in genti-
lium

ADVERS. DIALOG. LIB. 539
lium secta. Ego miror magis hanc
rationē scribendi quam indignor;
& ad postremas eius non respondi,
quia nos differere possumus & vo-
lumus, non litigare. Iam quam su-
perbe minatur se contra mescri-
pturū? Ego nihil mihi tribuo, sed
nec valde mihi metuo à tali Anta-
gonista. Modestissime (velim ostē-
dat, & videoas) ad primas eius litteras
respondi. si alia illi sentētia, &
decretum ei promere; faceret, sed
sine conviciis aut dictorio ullo in
personam. Ille hic quoque pro suo
more, ait hæc sua aspera, esse *Verba*
pura & nuda veritatis. Quid dicam
mi : : : : : quod res est. Annos
supra quadraginta iam vixi, supra
viginti scripsi : stilum adhuc ego
in neminem, & nemo in me strin-
xit. Amo scilicet & à natura ipsa
factus sum (institutio etiā accessit)
ad modestiā & quietem: nec mi-
hi ingenii aut votū inclarescen-
di perturbas. Si priyatim lacescit, si-
lebo: si publice, quid nisi memeq;
vindicem , & afferam à maligno
dente ? sed sine conviciis, & meo
mōre. Ut in via si quis improvide
præteriens luto me aspergit, non
ego in illū regeram, sed potius me
purgem: ita hīc. Dicam tibi hoc
quoque. Amici illius tui grāde in-
genium

540 I V T S . I L I P S I
genium est, sed ferox, asperum, &
cum multa mixtione fellis. Si pa-
triæ caussam agit, & docere Prin-
cipes meliora vult, cur filet? latus
hic campus: nec opus est in me aut
alium incurrat. Parū progrediun-
tor in bona via, qui in obvios
quosq, arietant. Habet meam sen-
tentiam. & quia epistolā hanc ni-
hil opus illi ostendere (nisi aliter
tibi videretur) ecce etiam in* char-
ta seorsim, quod ostēdas illi. Quæ
proba mihi nunc quidē videntur;
& libenter tamen desistam, si quis
benigne & comiter docuerit me-
liora. Vale vir amice, & fratrem
tuum saluta. Lugd. Bat. xv. Kalen.
Maii. oo. 10. xc.

* Ipse
edidit,
& nos
eadem
infra.

πολυ-
λογία.
φανδ-
λογία.

Popula-
rūtator.

En, hec ipsa satū esse debebant ad
temperandum tuum fervorem: in te
mitia, de re aperta. Et quid his oppo-
nū longo tuo & laciniō scripto? ni-
hil, nugas & nebulas verborum offun-
di: & dimissa ubique vera mea men-
te, aliam oppugnas, & ad summam,
imaginariū tibi stadium exstrui; &
misericordia Lipsium adiungis cum quo
decurras: imo in quem ineurras. Sed
iam ad rem veniamus: nisi quod hoc
etiam premitto.

Nam aī, spretū scilicet te debuisse
hæc edere, & plebis oculis subii-
cere,

ADVERS. DIALOG. LIB. 541
cere, eamq; iudicem capere in hac
caussa.] Quid hoc, quid hoc est? M.
Cato, opinor, olim in iudicio quedam
accusatus, valde sénex, initio hoc di-
xit, Misericordia apud alios cau-
sam dicere, cum apud alios vixe-
ris: nonne ego iure possum? Ad plebem Nos op-
me vocas: abnuo, & testor plebi me timati-
nihil scripsisse. Principes formamus: tu buscri-
populum iudicem hic esse vū? atqui p̄sumus:
bovem currus non trahit, ait vetus Ab iis
verbū. Denique universē testor: * pende-
Numquam volui populo placere, mus.
quæ ego scio, nō probat populus: Seneca.
quæ probat populus, ego nescio.

Addis, caussam à me Ordinum
improbari, & hanc quoque à te Non ho-
defendi.] O calumniam! ubi ego ver- rum rō-
bum de Ordinibus? ubi ad hac tempo-
ra, vel caussam, accommodo meum porum
scriptum? nisi forte qua de religionis nostra
disfido temperando siadeo. Illic ergo scripta.
contra Ordines? nec verbum: inspice,
respice. Sed talia sunt reliqua tua cō- Diodo-
vicia: quibus distinxisti respondeam, rus ubi-
quis finis? De re, de re pugnemus; non que con- vicia-
amo ventilationes, aut ventos: tor.

IN CAPVT II.

LIB. IV. POLIT.

PRIMVM hoc carpi, quod scripse- PAG. 126
rim Principi inspectionem esse in 127.
facta, idque tuendi caussa.] Censo Reges,
tutores iure me scripsisse. Sacre littere à me tutores
sunt, Ecclesiæ.

funt, earum interpres, ratio ipsa. In
Ips. xli. illis, Deus per * Vatem prædictum, &
predicendo edixit: Erunt reges nutritio-
rum tui (*Ecclesiæ adfatur,*) & reginæ
nutrices tuæ. Iterū*: Aedificabunt
filii peregrinorum muros tuos, & re-
ges eorum ministrabunt tibi. Augu-
stinus*: Pertinet hoc ad reges æculi
Christianos, ut temporibus suis pa-
cata velint habere matrem suam
Ecclesiæ. Etia Leo primus hoc pro-
be ad Imp. Leonem: Debes Imperator
incunctanter advertere, regiam po-
testatem tibi non solum ad mundi
regimen, sed maxime ad Ecclesiæ
præsidium esse collatam. Causa in
Ambroso*: Cum enim omnes ho-
mines qui sub ditione Romana
sunt, vobis militent Imperatoribus
tertarum atque Principibus, tum
ipsi vos omnipotenti Deo & sanctæ
fidei militatis. Atq; militia primus
saeramentum est, queris salutem, com-
moda, dignitatem eius cui militamus.

Trad. 11. Epist. ad Valent. in Iohann. *
sunt, pertinet hoc ad reges æculi
Christianos, ut temporibus suis pa-
cata velint habere matrem suam
Ecclesiæ. Etia Leo primus hoc pro-
be ad Imp. Leonem: Debes Imperator
incunctanter advertere, regiam po-
testatem tibi non solum ad mundi
regimen, sed maxime ad Ecclesiæ
præsidium esse collatam. Causa in
Ambroso*: Cum enim omnes ho-
mines qui sub ditione Romana
sunt, vobis militent Imperatoribus
tertarum atque Principibus, tum
ipsi vos omnipotenti Deo & sanctæ
fidei militatis. Atq; militia primus
saeramentum est, queris salutem, com-
moda, dignitatem eius cui militamus.

Tu quid ad hac opponis? verba. Di-
stinctum esse Ecclesiasticum & Po-
liticum regimen, & talia que sugge-
rit tibi tuus Adnotator, Quis hac ne-
scit? alia querum excute. Nos Prin-
cipi in Ecclesiæ ipsam nibil uris da-
mus: atque hoc volumus tantum, ut
viam, fraudes, turbas & externa hac
mala ab ea arceat: & quod in ipso est,
pacata

pacata *Sacra præstet & quieta:* Non-
ne qua Christianus est, velle debet:
qua Princeps est, potest? At tua ista
vox, * Quid est imperatori cum Optat.
Ecclesiæ? *Ipsa Donati heresiarchæ* Milevit.
vox est, & damnata iam olim. lib. LIX.

Hoc deinde effundis te in convicia, & Diodo-
in tuum campū. Principū plerosq; ruin
insipientes esse, impios, cæcos: & Prince-
ideo non aptos ad hanc inspectio- pes oris
nem.] Mirum hoc argumentum est: soluti-
quo efficiens ut Principes nec ad civile
guidem gubernationem adhibeantur.
nā illi tales profecto ad eam non apti.
Ergo universorum iuri derogamus: &
ex tua sententia subiiciimus omnia ple-
bi? Cum de Principib[us] loquimur, de
bonis aptisque loquimur: & qui a se,
aut ab aliis tales. Confilia enim certe
volumus adesse: & in hac ipsa Sacro-
rum re, eorum qui in Sacru[m] periti. At
tu Letter hoc à medifice, ita proprium
Principi esse curare & tueri sacra, ut
plerique veterum habuerint duo hac
munera coniuncta. Sacerdotiū inquā
& Regnum. * Diogenis Pythagori- Olim
ci (male in margine nostri Textus) idē Re-
Diogen. Stoici) illa mēs: qui tria in ges &
legitimo Regere requirit, ut Bellidux Sacer-
fir, ut ludex, ut Sacerdos. Verba eius: dores.
A'val'ce & r'ndor' Baroniā, sexta- * Apud
yōi & ἀγαθὸν μὴν, καὶ δικεστῶ, καὶ ie. Stob. de
πία. Sed guia multiplicissima cura nī. Regno.

544 IVSTI LIPSI
Quidā misū disstringere Principem videbātur,
divise-
runt; &
quare.
Lib. i.
Ferd. Lo-
pez lib. I:
Histor.
Indic.
cap. xiv.

Basis &
fundamen-
tum
recip. Re-
ligio.
Orat. de
Regno.

Vaneca-
lumnia.

institutum ab aliis merito discrimeret.
Livius de Numa*: Tum sacerdotibus creandis animum adiecit. quamquā ipse plurima sacra obi-
bat, ea maxime quæ nunc ad Flaminem Dialē pertinent. Sed qui in civitate bellicosa, plures Romuli quam Numæ similes rega-
putabat fore; iturosque ipsos ad bella: ne facta desererentur, Flaminem Iovi adsiduum sacerdotem creavit. Ita Numa, tamen Augustus iterum Pontificatum Maximum Im-
perio iunxit, idemque secuti Principes, maiestatis & tutela. Quin hodie Malabarum Reges in Orientali India Sacerdotes siue Bramenes omnes sunt, & lex eos mori cogit velut Deo con-
secratos in loco sacro.

In omni rep. primum est, curatio rerum divinarum.] Ita. à Deo or-
diendum. Atq; ut navis, ædium, alia-
rumq; rerum carinas aut fundamen-
ta volumus esse & prima & firmissi-
ma: sic debemus in rep. hanc partem.
Synesius*: Εὐόλγα ἡ πρώτη τοι-
κελίνῳ, κατητις ἀσφαλής, εἴφη
ἔνθες τὸ ἄγαλμα ἐπεδρύ τοιούτους.
Pietas primum sub sternitor, fulcrum & crepido cui firmaret insitum simulacrum hoc regni.

Tu quid hic culpas? In re nihil, aut
in

ADVERS. DIALOG. LIB. 545
in verbū, sed quod ab Aristotele sum-
psī. Et sepe id mihi obiectas. Delui enim è sacris, inquit. Mishi aliter vi-
sum Diodore, qui Politicum hic non
Theologum ex professo egi. A profanis
cetera omnia mutuatus sum: cur in
uno alteroque Capite mutarem? Nisi
forte nihil illi sānū hic aut pium. Er-
ras multa eximis ab iis in hac quoque
partescripta, & velut instinctu divi. Odīū in
no. Sed audi quod verum est. Tu tui-
que similes aliquot, & illos, & omnem
veterem litteraturam, vellet extin-
cta. Nolle non fertur hunc Solem.
Atque ut olim Philistai Hebreis fa-
bros omnes ferrarios atque opifices ar-
morum ademerunt, ne bellare possent
aut rebellare: sic et os hac doctrina te-
la, que ingulant vana vestra doctrin-
arum. Nos non audimus: Latian-
ium magis. Scientia litterarū, non
modo nihil nocet religioni atque
iustitia, sed etiam prodest plurimi-
num: si is qui eas didicerit, sit vir-
tutibus instructior, & veritate sa-
pientior. Et quid Basilius hac de re
quoque scripsit, temetum.

DECET enim quod optimum est PAG. 127
Principē ab optimo coli, & quod imperat, religio-
ab imperante.] Omnino decet. Ut sum esse
enim Principi est in omni virtute po-
pulo preire; ita in hac maxime, qua
principi & caput virtutum. Religio-

Ob exē. nem ipſe ſi non prefert, quomodo aliis plūm.

Eccles. ſic & ministri eius: & qualis eſi cap. x. rector civitatis, tales & inhabitants eam. Hec cauſa una cur debet;

Ob gra- etiā altera. quod ſublimis ille ſatilu- titudi- & elatus à Deo, merito veneratur & nem.

colit magnitudinis ſue auctorēm. Niſi facit, quid expellat niſi iterum dei-

Iſa. cap. ci? Dominus exercituum cogita- xxviii. vit hoc, ut detraharet ſuperbia m

omnis gloriæ, & ad ignominiam duceret universos inclytos terræ.

Proter- At tu nobis hic illudis, & in verbulo

vama- argutaris. Vbiſunt, inquis, iſti opti-

ledicen- mi & quorum centelimus quisque vix tolerabilis; neque reges ultra,

tia in Princi- sed tyranni; neque fatui, sed fu- riosi.] En rosas, quas Principum ca-

pitibus inspergis: tuto & feliciter,

quia non ſub illis. Sed vaniſtate ple-

bicola, diſce. Ita illi optimi, quomodo

ratio & iſtitutio noſtra eos formas:

quomodo poſtulat & exigit publica

civium ſalutis. Optimi etiam, quia in

pari virtutum gradu, magiſtri emi- illi Op- nent qui in alto. Quid si utilior quo-

que eorum virtus ſit & ad plures per- timi. tinens? liget.

Subdiſi TUTELA tua p̄imum.] Nihil religioſi certius, libenter enim religioſi Subdiſi magis parent, & mitiſt ratiō que cervice hu- obediunt. manuſiugum ferunt, qui ſemel illud diſi-

divinum. Sed fideliter etiam parent. quia pietas & Dei metus, quaſi fra- num eſt & coerſio in animis ab omni rebellione & insolenti motu. Hacuna Princeps

Tutela ratio: altera ab ipſo Princepe. religio- Deus enim illi pio clypeus & tellor. ſus Deo Trismegiftus pulchre: Mīaꝝ uideān, cura.*

duoſiſ ſa. duoreſ ſe ſo & avdīpōtis ſe Apud

dui uov uaxōs, & tē eiſe ſepulcruſ negetē. Laſtant.

doſ ſo ſo p̄terz & doſeſ ſe ſaxōſ. II. Inst. cap. xvi.

uaxōn Vna custodia, Pieras. Plūm.

enimi virum non malus Genius,

non Fatum ipſum devincit. Deus

enim eum liberat eripitque ex

omni malo.

AD auginentum etiam Imperii.] Pietati

Non quia bono Principi Pietatis ſue etiā ex-

ille finis (ad alia regna aspiramus:) ternus

ſed quia Deo viſum ſepe etiam exter- fruſtus.

na haec ut præmia adiucere, Scopera

inqua & dignitates. Prisci viderunt:

interque eos Valerius: Non dubita- Lib. I.

verunt, inquit, factis imperia servi- cap. I.

re, ita ſe terum humanarum futu-

ra regimen existimantia, ſi divinæ

potentiaſ bene atque conſtanter

ellent famulata. Etiam poëta:

Dilete minorem quod geris, im- Horat.

peras.

Tu hac admordes, ſed admordes

